





Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIDICA  
NONA,

*ad*

CONSTITUTIONES ELECTORALES  
DIVI AUGUSTI,

*De*

EXPENSIS JUDICIALIBUS,  
earumque MODERATIONE  
& ADJUDICATIONE,

Ex Part. I. Constit. XXIX. & XXXI.

*Quam*

*Indultu & permissu Jctorum ordinis*  
IN ACADEMIA WITTEBERGENSI,

PRÆSIDE

RECTORE UNIVERSITATIS MAGNIFICO

WERNERO THEODORO

MARTINI, J. U. D. & P. P.

CONSILIARIO ELECT. SAXONICO.

*publicæ ventilationi exponet*

In Auditorio JCT. ad diem

Anno 1683.

GODOFREDUS WENDIUS,

MISEN. MISNIC.

---

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

*M. Henckelii*





S. D. B. N.  
DISSERTATIO JURIDICA  
ROMA

CONSTITUTIONES ELECTORALES  
DIVI AUGUSTI

DE  
EXPLENDS JUDICIALIBUS  
CAUSIS MODERATIONE  
& ADJUDICATIONE  
EX PART. I. CONC. XIX & XXI

IN ACADEMIA WITTENBERGENSI  
PRÆSIDI

RECTORIS UNIVERSITATIS WITTENBERGENSIS  
WERNERO THEODORO  
MARTINI J. B. D. & F. P.  
CONSILIARIO ELECTORALI

IN VINDICTA  
GODOFRIDUS WERTHNERUS  
AUCTOR

WITTENBERG





DISSERTATIO IX.  
ad  
CONSTITUTIONES ELECTO-  
RALES SAXONICAS  
DIVI AUGUSTI  
RESPONDENTE  
GODOFREDO WENDIO,  
MISENA M'SNICO.

---

PARTIS PRIMÆ,  
CONSTITUTIO XXXI.

Wann die Gerichts-Kosten / ohne oder  
mit dem Ende angegeben werden / wie sich der  
Richter in der Taxation zuverhalten.

**D**ie Schöppenstühle haben bißhero / wann die  
Gerichts-Expensen, so iemand zuerkant wor-  
den / ohne End angegeben / allein die gespro-  
chen: Welche / auf das Gericht gangen / und also wegen  
des Proceß / nothwendig aufgewand worden / als  
Citation / Urtheil-Geld / Boten-Lohn und dergleichen /  
da aber andre Expens, mit eingemenget / die Extrajudi-  
ciales gewesen / als was auf Fuhrlohn / die Reisen / Zeh-  
rung in den Herbergen / Advocaten-Lohn / ausgege-  
ben / die hat man gänzlich dißfalls übergangen. Wann  
aber die Expens mit dem Ende angegeben worden / so  
hat man dieselbige taxiret / und zu schweren erkant / daß  
zum wenigsten / so viel als moderirt / aufgewandt. Es  
haben aber unsere Verordnete dahin geschlossen / weil  
in



in Expens Sachen mancher den End zu thuen Bedencken hat / und dannoch dieselbige pænæ temere litigantium seyn sollen / daß auch auf diesen Fall / so die Gerichts-Kosten ohne End angegeben / etliche Extrajudicial-Expens, derer man ungefährlichen gewiß seyn möchte / jedoch erst ziemliche und billige Taxation zu erkennen seyn sollen / welches wir auch uns also gefallen lassen. Setzen und ordnen / daß demselbigen in Gerichten / auch in Stellung und Fassung der Urthel / also nachgegangen werden soll.

## NOTÆ.

Not. 1.  
*Uti* *Variae sunt*  
*RES in jure, i-*  
*ta quoque Va-*  
*ria RERUM*  
**ACCESSIONES.**  
**NATURALES**  
*Dua.*  
*Fœtus Anima-*  
*lium.*  
*Alluvio.*  
*Industriales*  
*Sex.*  
*Intextura.*  
*Inædificatio.*  
*Satio Plântatio.*  
*Scriptio.*  
*Specificatio*  
*Confusio Com-*  
*mixtio.*

Not. 1. *Quemadmodum variæ RES sunt, circa quas occupata est Juris Prudentia, & varia circa easdem constituta Jura T. t. Inst. de Rer. Divis. T. T. Inst. de Rebus Corporal. & Incorpor. t. t. ff. de Acquir. Rerum Dominio. Ita quoque variæ dantur RERUM ACCESSIONES, quæ rectè à Dd. & Interpretibus Juris Civilis dividuntur in NATURALES & INDUSTRIALES, Illarum duæ potissimum numerantur, Fœtus vel Procreatio animalium Nostrorum. §. Item ea 13. Inst. de R. D. & Alluvio. §. Præterea 14. Inst. eod. Industriales sex recensentur, Intextura si quis vestimento suo alienam materiam intexuerit. §. Si tamen 19. Inst. d. R. D. Inædificatio §. Cum in suo solo 19. Inst. eod. Satio & plantatio in fundo alieno §. si Titius alienam 20. Inst. de R. D. & §. 21. Quæratione eod. Scriptio in chartâ vel membranâ alienâ §. Literæ quoque 22. Inst. eod. Adderem ego his speciebus Industrialis accessionis etiam specificationem, quando ex alienâ Materia species aliqua facta §. Cum ex alienâ 16. Inst. d. R. D. item Confusionem & Commixtionem, quamvis Vultejus illas referat ad modos acquirendi juris naturalis. Ejusmodi verò*



rò ACCESIONIBUS RERUM rectè quoq; annumerantur FRUCTUS, vel *Naturales*, vel *Industriales*. Uti sunt Fructus Fundi, Agri, horti, animalium, Gregis, Arborum, Pecu-  
 cudum, Vinearum, qui vel *percepti* sunt, vel *percipiendi*, vel *Extantes*, vel *Consumpti*, vel *pendentes*. Vide §. *si quis a-  
 lium Domino 24. Inst. d. R. D.* Quæ omnes Accessionum species, cujus sint nominis, si in iudicium deducantur, & in litem veniant, à Judice attendendæ æqvè sunt, ut ipsæ RES, earumqve JURA. Præterea catalogo Accessionum Rerum merito inferendæ sunt USURÆ, nec non *Interesse Moræ*, item EXPENSÆ vel IMPENSÆ Rerum. Et de his acces-  
 sionibus Rerum, nempe EXPENSIS, jam præsentis Constitu-  
 tione nobis solummodo sermo erit. De reliquis antea al-  
 legatis fortassis nobis differendi occasio dabitur in PARTE  
 ALTERA Nostrarum Constitutionum, ubi de CONTRA-  
 CTIBUS agetur.

Not. 2. EXPENSÆ vel IMPENSÆ, ut Latinis no-  
 tum, ab impendendo vel expendendo dictæ, quasi quæ in  
 rem aliquam impendantur. In jure Civili vocantur etiam  
*Impendial. 14. §. 1. ff. Comm. Divid.* Describi possunt: quod  
 sint *sumptus in aliquam rem, vel ejus conservationem, vel ad  
 actum & contractum, vel etiam factum expediendum, erogati  
 vel erogandi.* De origine hujus Vocabuli erudite ita dis-  
 ferit JOH. GARSIAS in *Tract. de Meliorat. & Expensis*: Ex  
 quibus expensa dicta sunt in Rationibus ab expendendo,  
 quod antiquitus propter earum usum Pecuniæ, vel propter  
 evitandam Molestiam numerandæ pecuniæ, quod hodiè  
 quoque fit, omnia appenderentur. Expensæ itaque Nomi-  
 ne retento veterum usu obtentum est, ut pecunia, quæ  
 consumpta est significetur, unde ratio accepti & expensi

*Fructuum Per-  
 ceptio vel Natu-  
 rationalium vel  
 Industrialium*

*Accessiones Re-  
 rum si in li-  
 tem deducan-  
 tur, æque at-  
 tendendæ, ut  
 Res ipsa.*

*Usura  
 Interesse Moræ  
 & damni.  
 EXPENSÆ.*

Not. 2  
 EXPENSA-  
 RUM Nomi-  
 nalis.  
 Realis Descri-  
 ptio.



**EXPENSA-  
RUM** varia  
Species.

*Future jam e-  
rogate.*

*Alia in ipsam  
REM.*

*Alia in Litem.*

*In REM.*

*Necessaria.*

**UTILES**

*Voluptuaria.*

**IMPENSÆ**

**LITIS.**

*differunt.*

*à Damno.*

emanavit, & nobis hoc nomine intelligitur, quicquid con-  
sumptum est, id autem à Sumptibus nihil distat. De eo i-  
gitur, quod consumitur vel expenditur, sive circa Res, sive  
Personas, quocumque modo expendatur, nomine EXPEN-  
SI significamus. Vocavimus autem indifferenter sumptus  
vel expensas, malimusque vocare Expensas, quam Impen-  
sas, quoniam magis forense verbum est. Hactenus GAR-  
SIAS. Variè nempe in jurisprudentiâ EXPENSÆ consi-  
derari solent, & non uno modo super iis solet lis deduci  
in iudicium. Interdum illarum habetur ratio, quatenus  
adhuc eroganda, vel impendenda, v. c. si quaestio sit: Cujus  
Sumptibus debeat res conservari, Persona alimentari, Pro-  
cessus institui, vel ventilari, quis educari, peregrinationem  
& iter suscipere? Maxime tamen controversiæ moveri in  
iudiciis solent super EXPENSIS jam erogatis, & illæ defi-  
niuntur ab Ummio Disputat. 22. ad Proc. 9. 1. Sumtus Erogati.  
Ubi ejusmodi EXPENSAS, iterum dividit in illas, quæ in ipsam  
REM, quæ in iudicio petitur erogatae sunt, vel in LITEM. Et  
illæ iterum alia sunt *Necessaria*, alia **UTILES**, alia *Voluptua-  
ria*, circa quarum restitutionem variè disputari solet in Ju-  
re, partim Civili Romano & Canonico, partim Saxonico,  
num illæ repeti possint, vel à Possessore Bonæ, vel Malæ fidei.  
De quibus iterum hic nobis agendum non erit, sed ductu  
nostræ **CONSTITUTIONIS** nobis saltem sermo erit de  
**IMPENSIS LITIS**, vel quæ in Processu juris nostri conse-  
quendi causa in iudicio factæ sunt l. 13. & 15. C. de iudiciis,  
& subtiliter differunt à *Damno* occasione iudicii vel litis da-  
to. **Schâden und Unkosten.** Quamvis negandum non  
sit damni quoque generali nomine ipsas expensas venire.  
Quamvis specialiter ab invicem distingvantur, & separatim  
in-



DE EXPENSIS LITIS earumq; MODERATIONE.

interdum petantur in judiciis, utputa in processu injuriarum realium, da die zugefügte Schäden / und die expensen absonderlich liquidiret und bezahlet werden / oder zuerkandte.

Not. 3. Serenissimus noster Legislatoꝝ in *Const. hac XXXI. has EXPENSAS LITIS* rectè distingvit in *JUDICIALES, & EXTRAJUDICIALES*. Illas vocat, quæ ob judicium erogatae, vel in judicio solutæ, vel solvendæ, vel ob factam citationem, vel sententiæ publicationem, Notariorum, Nunciorum salaria &c. Welche auf das Gericht gangen / und also wegen des Proceß nothwendig aufgewandt worden / als Citation / Urthel-Geld / Boten-Lohn und dergleichen. *Extrajudiciales* illas appellat, quæ extra judicium erogatae, forte ob vecturam, iter, item pecunias in hospitio vel diversorio consumptas, Salaria Advocatorum &c. Da aber andere Expens mit eingemengget / die Extrajudiciales gewesen / als auf Fuhrlohn / die Reisen / Zehrung in den Herbergen / Advocatem Lohn ic. ausgeben / die hat man gänzlich übergangen.

Not. 4. Interpretes & Dd. Juris Civilis & Communis, paululum aliter *EXPENSAS*, quæ in litem factæ sunt, dividunt. Alias enim Vocant *DELICATAS*, alias *NECESSARIAS*. *Vultejus, lib. 2. Jurispr. Roma. cap. 32. n. 17.* quem sequitur *Ummius ad Proceff. Disp. 22. §. 6.* *Delicatas* appellant, quas litigantes suâ sponte, non exigente causâ, vel necessitate fecerunt, Fundamentum hujus Divisionis desumunt ex *l. 25. ff. de Pigneratis. Actio.* Ubi dicitur, quod *ille, qui servum pignori accepit, consensu quidem debitoris illum variis artificiis instruere possit, ita ut Creditori sint expen-*

Not. 3.  
*EXPENSÆ  
LITIS alia  
sunt.  
JUDICIALES*

*Extrajudiciales.*

Not. 4.  
*Ex mente Dd.  
EXPENSÆ  
Litis alia sunt.*

*DELICATÆ.*

*l. 25. ff. de Pi-  
gnoꝝ. Act.*



*Expensæ Litis  
Delicatæ  
Nō necessarie  
in restitutio-  
nem non veni-  
unt.*

*Quenam de-  
licatæ quanam  
necessariæ sint  
Expensæ litis  
Judex arbi-  
tratur.  
Non adjudi-  
cantur Expen-  
sæ litis nisi mo-  
derata à Ju-  
dice.*

*pensæ restituendæ, secus vero se habeat res, si non necessari-  
as impenderit in servum pignorum expensas, & non neces-  
sariis artificiis illum instruxerit. Putat nempe Ulpianus  
tunc cessare actionem contrariam pignoris, addit elegan-  
tem hanc rationem: Sicut enim negligere Creditorem, dolus  
& culpa, quam prestat, non patitur, ita nec talem efficere  
rem pignoratam, ut gravis sit debitori ad recuperandum.  
Concludit tandem in fine legis: Medie ergò hæc à Judice e-  
runt dispicienda, ut neque delicatus debitor, neq; onerosus  
Creditor audiatur. Ex hæc lege à re alienâ, vel pignori da-  
ta, argumentum optime desumi potest ad alias causas, de  
quibus controvertitur inter litigantes in Judiciò. Quem-  
admodum nempe expensæ in re aliena factæ repeti neque-  
unt ab expendente, nisi necessariæ sint, ita quoque sum-  
ptus in Processu litis factæ indistinctè à Victore repeti ne-  
queunt, nisi sint necessariæ. Unde rectè concludunt Dd.  
in restitutionem non venire Expensas *Delicatas*, id est su-  
perfluas, & non necessarias, sed solas necessarias. Quenam  
autem *Delicatæ* sint Expensæ litis, vel non necessariæ, quæ-  
nam vero *Necessariæ*, arbitrio judicis definiendum est. Jo-  
hannes Garsias *Tractat. de Expensis & Meliorationibus. cap.  
1. n. 26.* Ubi dicitur, quod Boni Viri vel Judicis arbitrium  
proficiscatur ex æquitate, quam non jus Civile, sed naturalis  
ratio induxit. Fit inde, ut illæ expensæ, quæ in litem factæ  
liquidantur & petuntur ab illa parte litigantium, quæ vi-  
ctoriam reportavit, non indistinctè adjudicentur à Judice,  
sed moderationi & taxationi Judiciali subjiciantur. Qua  
de *Moderatione & adjudicatione* Expensarum in alterâ par-  
te nostræ Dissertationis dicemus. Regredimur ad captam  
nostram Divisionem Expensarum, quâ illæ quæ in litem*

im-



impendantur, aliæ dicantur Delicatae, aliæ necessariae. Diximus arbitrium hic intervenire debere ipsius Judicis, ut ille dispiciat, quænam tales sint, antequam ad illarum restitutionem vel Actorem, vel Reum, vel alterutrum litigantium condemnet. Delinari & exemplis demonstrari illæ tamen aliquo modo possunt. *Gailius lib. 1. Observat. 151.* tale proponit exemplum: *Si quis aliquid arrharum nomine largiter dederit, aut annum salarium pro navandâ Operâ munifice constituerit. Mollerus ad hanc Constitutionem num. 5.* hunc proponit casum. *Si Rusticus, qui cum Pedes ire potuisset, & debuisset, rhedâ vectus sit ad locum judicii, & in diversoriis lautius, quam pro conditione suâ, se tractari passus sit?* Addit judicium: *Certè non opinor, omnes ejusmodi expensas, illum si vincat, ab Adversario recuperare debere, etiamsi sufficienter eas probaverit.* Et hic casus etiam Jure Canonico invenitur decisus, ubi non restituuntur Expensæ illi, qui Equum meritorium conduxit, qui pedes ire solitus est. Hisce DELICATIS Expensis litis, quas etiam nonnulli voluptuarias, nonnulli Voluntarias appellant, nonnulli etiam Utiles, (quam tamen appellationem in tantum saltem admittit *Ummius*, quatenus expendenti asserunt utilitatem) opponuntur Expensæ Litis *Necessariae*, quæ à *Dd.* illæ vocantur, quæ juxta judiciorum Morem solitum & consuetum factæ sunt, & sine quibus causa expediri non potuit. Dicuntur etiam in jure Canonico *legitimæ & moderatæ c. 6. X. d. dol. & contum. cap. pen. X. de eo qui mittit. in possession.* Jure Civili & Saxonico hæ vocantur Expensæ *JUDICIALES Gerichts- oder Proceß-Kosten* / quæ nempe juris consequendi causâ in Judicio factæ sunt *l. 13. & 15. C. de Fructib. & Litium expensis.* Fre-

*Exempla Delicatarum Expensarum.*

*Delicatae appellantur voluptuariae, Voluntariae, utiles quoad expendentem. Necessariae Litis Expense.*



Ex Constitu-  
tione nostra  
Judiciales  
sunt & extra  
judiciales.

quentius etiam vocantur *Litis expensæ*. l. 25. C. de *Judic.* Hæ autem *Litis expensæ* necessariæ iterum, uti patet ex nostrâ Constitutione, dividuntur in *Judiciales*, & *extrajudiciales*, quæ si tales sint, ut necessario debuerint impedi omnino restituendæ sunt, præviâ tamen *Judicis* moderatione, de quâ infra pluribus agemus. *Æquum enim est id venire in retributionem, cujus jacturam quis ob alterius factum subire necessum habuit, non quod quis sponte erogare voluit. Proinde, si quæ fuerint illegitimè vel excessivè factæ expensæ, quas antea Delicatas appellavimus, dicemus, eas in restitutionem non venire.* Wesenbec. ad l. 15. C. de *Judic.* præsertim si tales sunt, ut vel planè, vel saltem ad eam quantitatem fieri non debuerint. Sed quænam hæc quantitas *litis expensarum* necessariorum, certo legibus determinari non potest, ob varietatem causarum & controversiarum, personarum litigantium, & aliarum circumstantiarum, quæ magis à *Judice*, quam lege definiendæ & metiendæ sunt l. non ignoret. C. de *Fructib. & Litium Expensis.*

Not. 5.  
Differunt *Li-  
tis Expensæ* ab  
*Expensis Rerū*  
factis à Posses-  
soribus, quæ  
*Meliorationes*  
vocantur.

EXPENSÆ  
& MELIO-  
RATIONES  
num differant?

Not. 5. Differunt hæc *Expensæ litis* ab illis *expensis*, quæ fiunt à *Rerum Possessoribus*, & ut plurimum *Meliorationes Rerum* vocari solent, de quibus integrum & elegantissimum Tractatum conscripsit JOHANNES GARSIAS Gallecus, de *Expensis & meliorationibus*. qui Capit. 1. n. 9. Varios alios Dd. recenset, qui in hanc juris materiam de *Expensis & Meliorationibus* commentati sunt, tam veteres, quam recentiores. Et videtur quidem prælaudatus Autor *Garsias* in dicto Tractatu vocabulo *EXPENSÆ & MELIORATIONIS* promiscuè uti, quando Personam, sumptus in aliquam rem facientem, modo *EXPENDENTEM*, modo *MELIORANTEM*, Ipsos sumptus, à Possessore vel bonæ vel



vel malæ fidei factos in Re aliquâ, modo EXPENSAS, modo MELIORATIONES, appellat. Puto tamen Expensarum vocabulum generalius esse quam MELIORATIONIS, ita quidem ut omnes Expensæ & sumptus, quibus melior est facta Res alterius, seu MELIORATIONES, possint dici Expensæ, non vero omnes Expensæ sint Meliorationes. Quod ipsum non negare videtur ipse GARSIAS, dum *cap. 1. Num. 8. de MELIORATIONE* in specie tractat, & ostendit vocabulum MELIORATIONIS idiomate puro Latini esse, & à *Meliorare vel Meliorando* derivari, quo vocabulo Ulpianus & alii Jcti purioris ævi in Legibus Romanis passim & promiscuè usi leguntur, *l. æquissimum §. inde ff. d. Usuf. & alibi.* Hinc Filius *Melioratus* non ineptè dicitur, quem Pater bonis prælegatis inter cæteros meliorem fecit, quam locutionem non Hispanam, neque à Candore Latini sermonis abhorrere ostendit ibidem idem *Garfias.* Et est quidem MELIORATIO nihil aliud, quam *Augmentum aliquod, quo Res aliquâ à Possessore melior est facta, vel implantando, inferendo, redactione Montis ad Culturam, edificando, reficiendo & restabiliendo.* Et extendit se hæc Melioratio per omnia fere Contractuum genera & commerciorum civilium, *Locationis, Emptionis, Emphyteusis, Societatis, Mandati, Feudi &c.* Sed dum cæpimus dicere antea de EXPENSIS à Possessore in re alienâ factis, illæ communiter à Dd. ut antea quoque diximus, dividi solent in NECESSARIAS, UTILES, & VOLUPTARIAS, Addit *Garfias cap. 1. de Expens & Meliorat. n. 10.* Quartum Genus earum nempe EXPENSARUM, *quæ sunt fructuum colligendorum gratiâ.* Et hæc divisio Expensarum Legibus juris Civilis Romani satis est fundata. Et NECESSARIÆ

*Differentia.*

MELIORATIO vox Latina Jctis Romanis cognita. Filius Melioratus.

MELIORATIONIS descriptio & Exempla.

EXPENSÆ à Possessore factæ Variæ in Re alienâ.

NECESSARIÆ.



2.  
UTILES.3.  
VOLUPTUARIAE.

Varia species  
Expensarum  
in re aliena à  
Possessore vel  
alias factas.

describuntur à Jcto Paulo in l. 79. pr. ff. d. V. s. quod sint, quæ si facta non essent, res aut peritura, aut deterior futura fuisset. UTILES expensas vocant Dd, quæ meliorem rem faciunt, deteriore esse non sinunt, & ex quibus redditus meliores acquiruntur. VOLUPTUARIÆ appellantur, quæ speciem duntaxat ornant, non etiam Fructum augment. Referunt huc *viridaria, æquas salientes, picturas.* Et harum passim mentio in Jure Romano fit. Vide l. *Utiles ff. d. petit. hered. l. 1. & 2. & seqq. ff. de Impensis in rebus dotal. factis.* Præter has Triplices Expensas in Rebus à Possessore factas, etiam Leges Romanæ sæpius mentionem faciunt EXPENSARUM, quæ Colligendorum Fructuum causâ factæ sunt. Variæ de his Expensis motæ sunt Quæstiones inter Interpretes Juris Civilis: potissimum vero circa Interpretationem l. *Fundus ff. Famil. herciscund. l. Si à Patre vel Domino §. fin. de petit. hered.* Cæterum, quomodo hujusmodi Expensæ vel *Necessariæ, vel Utiles, vel Voluptuariæ, vel denique illæ, quæ quærendorum, colligendorum, conservandorumque fructuum gratiâ erogatæ sunt, vel à Bone Fidei, vel Mala fidei Possessore repeti, vel deduci possint, ad scopum nostrum non spectat, integro Tractatu hunc laborem suscepit & laudabiliter perfecit prælaudatus JOHANNES GARSIAS in Commentario compto & erudito de EXPENSIS & Meliorationibus.* In quo Expensas exposuit, quæ *Alimentorum* causâ erogatæ, quæ factæ ad Majores disciplinas addiscendas, quæ *Puneris Causa & sepultura honestæ, quæ factæ ab Usufructuario, Vasallo, Marito in re Dotali, Conductore, Colono, Inquilino, Superficario, Emphyteuta, Possessore Majoratus, Herede, Emptore, Socio in re Communi, à Tutore, Curatore, Administratore, & quæ sunt Aliæ,* [quæ



quæ omnes ad hanc nostram Constitutionem, non spectant, neque ad scopum nostrum. Sed nobis solummodo jam sermo est de EXPENSIS LITIS, vel Processus, & quidem vel *Judicialibus*, vel *Extrajudicialibus*, earumque Moderatione.

Not. 6. Inter EXPENSAS itaque LITIS, de quibus solis jam agendum nobis est, primum locum occupant JUDICIALES, die *Gerichts-Kosten*. Interpretes Juris Communis hic inter se non conveniunt, quænam illæ sint? *Ummius Disputat ad Processum 22. §. 5. Necessariarum Expensarum Litis* plura constituit genera, quorum alias dicit ob ipsum *Processum*, alias ob *examen Testium*, alias ob *Sportularum solutionem*, & denique alias dicit ob *cibaria vel ejusmodi alia in itinere necessario factas*. Ob *Processum* factas putat, cum *Gail. lib. 1. Obser. 151. n. 2.* quæ pro operâ *Advocatorum, Procuratorum Notariorum, pro redimendis Processibus, Copiis Actorum, Compulsorialibus, executorialibus, Apostolis, erogantur*. Quorsum *Gailius* cum *Ummio* negat referri posse, quæ pro *Conficiendis Consiliis Consulentibus & Jctis* dantur, cum illæ *judiciales expensæ* non sint, Idem *Judicium ferendum esse* putant de *INFORMATIONIBUS, von den Informat-Urtheln und eingeholten Fragen/und Responsis Prudentium*, ad interrogationem Privatorum factis, quas sæpissimè *Partes à Scabinis vel Facultatibus* petere solent: De quorum *Responsorum Juridicorum auctoritate*, plura dictum à nobis fuit in *DISPUTATIONE CRIMINALI de SCABINIS & SCABINATIBUS*. Aliud est si ejusmodi *Responsa & Sententiæ* petantur è *Collegio Juridico* ab ipso *Judice*: tunc cum à *Judice* publicentur nomine

EXPENSÆ  
LITIS sunt  
hujus loci.

Not. 6.  
JUDICIALES  
EXPENSÆ  
quæ dicantur?

Ob Processum  
Salaria Advocatorum, Notariorum. pro redimendis Processibus &c.  
Consilia Jct.  
INFORMATIONES &  
Responsa Jct.  
num Expensæ  
judiciales sint.

Responsa in  
Vim sententiæ  
publicata.



*ad expensas  
Judiciales spe-  
tiant.*

*JUDICIALIS  
EXPENSÆ*

mine sententiæ, vim sententiæ non solum habent, sed & illæ EXPENSÆ, quæ factæ & datæ J. Ct. à parte succumbente, sunt tanquam Judiciales restituendæ & exsolvendæ, cum hæ sententiæ latae à J. Ctis partem Actorum constituent. Unde Judiciales revera sunt: *Urthels-Gebühren und Bothen-Lohn.* In Judiciis Saxonis solent partes citari ad irrotulationem Actorum, & illis insimul injungi ut in Termino Irrotulationis compareant instructæ illis expensis & pecuniâ paratâ, quæ requiritur ad sententiæ in scabinatu ferendæ, revultionem. *Es werden die Parteien auf einen gewissen Termin zur irrotulation der Acten und Erlegung der Urthels-Gebühren und Bothen-Lohn vorgeladen.*

Not. 7.

*SPORTULÆ  
quid sint?*

*Tit. C. de  
Sportulis.  
§. 22. Inst. de  
Action.*

*Nov. 82.*

*Nov. 86.*

*Sportula Pe-  
daneis Judici-  
bus data.*

Not. 7. Illud extra omnem controversiæ aleam positum esse videtur, ad JUDICIALES EXPENSAS referri SPORTULAS die Sporteln und Gerichts-Gebühren/ quæ nempe solvendæ sunt Judici pro studio & labore vel etiam Executori sententiæ. Et hoc vocabulum SPORTULARUM jam olim Romanis fuisse cognitum, neque barbarum esse, patet ex *Tit. C. de Sportulis & Sumptibus in diversis faciendis Judiciis & de Executoribus Litium. Justinianus Imperator in Tit. de Act. Instit. §. 22. Tripli vero & c. etiam utitur vocabulo Sportularum. nec non in Novella 86. cap. 9. & Ult.* Et quamvis in *Nov. 82. cap. 9.* expressis verbis Sportularum haud fiat mentio, ipsa tamen Res ibi exprimitur, dum *Justinianus Imperator* ibidem *Pedaneo Judici pro mercede in unaquaq; causâ duos permittit accipere aureos ab utraq; parte in Contestatione litis, & duos in fine Negotii, præsertim verò in litibus transcendentibus quantitatem aureorum centum.* De Vocabulo autem Sportularum



rum, unde originem traxerit, videri potest *Budaus ad l. si Mulier ff. de Donat. inter Vir & Uxo. Cujacius & alii ad Tit. C. de sportul.* Nobis rei ipsius descriptio consideranda est, *Godofred. in Not. ad Rubr. Tit. C. de sportulis lit. à sportulas vocat. Salaria, quæ Conventus Reus dabat Executoribus.* Cæterum ex consuetudine Judiciorum Germaniæ Sportulæ in genere vocantur illæ expensæ Judiciales, quas Litigantes Judici, vel Executori sententiæ pro cujusque judicii consuetudine & more recepto solvere debent, *Gerichts- oder Hülfss-Gebühren.* De Jure quidem Canonico & Civili Justinianæo regulariter SPORTULÆ, seu expensæ Judiciales, quæ Judici pro Justitiæ administratione dantur, sunt prohibitæ, & Civili quidem, si Judex sit Ordinarius, in Judice enim Pedaneo tolerabantur & concedebantur, ob *Novellam 82. cap. 9.* antea à nobis allegatam, Magistratus autem pro officio quicquam accipere sub gravi pænâ prohibentur *Novell. 8. cap. ult. §. Scriptum est exemplar ibi: Nihil penitus ab iis accipientes, & in verbis: penis subjacebunt gravissimis.* Adde *Nov. 17. c. 9. Nov. 134.* Idem obtinet Jure Canonico, quo Judex gratis judicanti Munus præstare debet. *c. 1. vers. si vero C. Cum ab omni de vit. & honest. Clericor. cap. statutum de Rescript. in 6.* Idem observari videmus in *Camera Imperiali*, quæ hactenus *Spira & Nemetum* habita fuit, cujus Assessores nullis fruuntur sportulis, sed gratis Causæ cognitioni interesse debent, pro Arduo tamen labore, qui ipsis exantlandus est, à Statibus Imperii Romani, qui peculiare suos Assessores habent, annum ipsis solvitur Salarium. *Gail. lib. 1. Obser. 151. n. 7.* Et ita de jure Civili, Canonico, & Imperii Communi, Judices Ordinarii sportulas non accipiunt regulariter, exceptis de

SPORTULÆ  
RUM De-  
scriptio.

Sportula de  
jure Civili &  
Canonico re-  
gulariter pro-  
hibita in Ju-  
dice Ordinario

In Camera Im-  
periali Assesso-  
ribus nulla  
dantur Sportu-  
læ.



*Sportula Moribus Judiciorum nonnullorum Germaniae recepta.*

*Cui solvenda?*

*In Supremo Appellat. Judicio & Curia Electorali cui dentur.*

*Sumptus Executionis sub generali sportularum nomine veniunt.*

*Jure Saxonico differunt Sportula ab Expensis Executionis von Hülffs-Geld.*

de jure Civili *Judicibus Pedaneis. Nov. 82.* & jure Canonico *delegatis. c. statut. de Rescript. iu 6to.* Cæterum hodie Moribus Judiciorum Germaniæ passim invaluit, ut Sportulæ dentur Judicibus tam Ordinariis, quam Delegatis. *Sportuln/ Gerichts- und Commissions-Gebühren.* Quantitas tamen harum Sportularum Judicialium variat, pro cujusque Curia consuetudine & observantiâ. Sæpè etiam Sportulæ illæ Judiciales soli exsolvuntur & competunt *Judici, vel Præsidi judicii,* interdum etiam distribuuntur inter *Præsidem, Cancellarium & Senatores, vel Assessores Judiciorum.* In supremo Appellationum Judicio sportulæ dividuntur inter Præsidem, & Cancellarium, in Senatu Aulico una cum Cancellario quicquam participant Consilarii Aulici. In *Curia Electorali Wittebergensi* Præsides Curiaæ solus sibi illas reservat. In Judiciis inferioribus sportulæ quidem certò determinatæ non sunt, sed pro causarum & litium differentiâ solent liquidari & moderari Expensæ Judiciales. Et sub nomine quidem generali *Sportularum* etiam continentur expensæ Judiciales illæ, quæ exsolvendæ sunt pro Executione sententiæ vel Executori, quæ jure civili Romano in specie vocabantur *Sportulæ l. 1. C. de Sportulis.* In Judiciis tamen Saxonis videntur hæc duo vocabula *Gerichts-Gebühren und Sportuln/ und Executions-Gebühren und Hülffs-Gelder/* esse diversa, neque confundi. Sportulæ enim de consuetudine Saxonica competunt Judici, pro causæ cognitione & decisione. Expensæ autem executionis pro *executione sententiæ, Immissione, taxatione, Subastatione bonorum.* De quâ Executione sententiæ, nec non expensis Executionis in specie, dicemus in *DISSERTATIONE sequenti 10. ad part. 1.*

*Con-*



*Constit. Electoral. 32.* Sub Sportulis tamen generaliter sumptis, non solum comprehenduntur expensæ Judiciales, quæ Judici, vel Executori dantur, sed & quæ *Ministris, Apparitoribus, Tabellariis, Nunciis, den Gerichts-Boten* exsolvendæ sunt, item *Notariis, Actuariis, Judiciis & c. Secretariis.* Sunt tamen nonnullæ Personæ ab his Sportulis immunes, partim ipso jure communi, partim observantiâ Judiciorum. Jure Communi à Sportularum exolutione liberantur *Pauperes.* Elegantissimè hac de re ita loquitur *Imperator, Justinianus in Nov. 17. cap. 3.* Cujus verba non pœnitebit apposuisse: quibus usus fuit in Rescripto ad *Tribonianum Questorem Sacri Palatii, & Exconsulem.* Sit tibi quoque tertium Studium lites cum omni æquitate audire, & omnes quidem breviores, & quæcunq; maximè vilium sunt, ex non scripto decidere & Judicare, & liberare omnes alternâ contentione, & non permittere in aliquo, ultra quam continetur sacrâ nostrâ Constitutione, occasione casualium expensarum damnificari, si tamen sufficientes in datione, consistant, alioqui etiam gratis lites audire & non permittere ex negligentia de Provinciâ alicujus Præsides, quænam ad hanc currere felicissimam civitatem, & Nobis molestum esse. Scito namque, si quis veniat, & aditionem nobis faciat, & à nobis interrogatus, si prius te adiit, deinde te dicat adiisse, & quod justum est, non impetrasse, & hoc verum, inveniamus, in te indignationem convertemus. Si verò, cum Te non adierit, venire ad hanc Regiam præsumpserit civitatem, & remitemus eum cum omni correctione, & Responsum non dabimus. Hactenus Verba Justiniani. Videtur tamen hæc lex, & ejusmodi privilegium Pauperibus datum, intelligendum saltem esse de illis, qui revera Pau-

*Sportularum nomine generali omnes expensæ Judiciales veniunt.*

*Quæ Personæ à Sportulis immunes.*

1.

*Pauperes.*

*Nov. 17. cap. 3.*

C

peres



*In Judiciis Saxonicis Pauperes à Sportulis immunes non sunt, nisi præstiterint Juramentum Paupertatis.*

*Formula Juramenti Pauperum.*

*Advocatus Pauperi ex officio datur, si præstiterit Juramentum Paupertatis. Juramentum Advocati Pauperum.*

peres sunt, non qui Paupertatem simulant. Et ita in *Senatu Aulico Dresdensi & Supremo Appellationum Judiciio* Pauperes à Sportulis immunes non sunt, antequam prævio Testimonio aliquo Magistratus paupertatem docuerint, illamque Juramento confirmaverint, se tantum in bonis non habere, quantum ad processum requiritur. Formula Juramenti à Pauperibus præstandi: *In Ordinat. Appellat. Elector Saxonica Titul. der Armen Parteyen Eyd* hæc præscripta est. Ich N. schwere/daß ich so arm sey/ auch an fahrenden und liegenden Gütern oder Schulden nichts vermag / die Canzley Gebühr zu erlegen / noch einen Advocaten zu besolden / daß ich auch um leistung willen dieses Eydes / mein Gut oder Haabe nicht vereusert/ noch andern übergeben habe / freulich und ohne Gefährde. Als mir Gott helffe. Hoc præstito Juramento coram *Senatu Aulico*, Pauperes non solum immunes sunt à Sportulis & *Expensis Judicialibus*, sed ipsis quoque *Advocatus* causæ ex officio assignatur. Et hunc in finem in *Supremo Appellationum Judiciio Dresdensi* è numero Doctorum peculiaris *Advocatus Pauperum* constitutus est, cui ex ærario publico quotannis pro Salario Sexaginta floreni Saxonici exsolvuntur. Et hic quoque Juramentum præstare cogitur, cujus formula continetur in *Ordinat. Appellat. Tit. Eyd des Advocaten der Armen*. Est autem hæc: Ich N. schwere / daß ich von keinem Armen / deme ich / laut der Chur-Fürstl. Ordnung / zu rathen und zu dienen schuldig / keinen Sold noch Gabe fordern / noch nehmen / sondern mit dem Sold / den mir der Chur-Fürst zu Sachsen etc. mein gnädiger Herr verordnet / begnügig seyn / und demselben Armen / nach meinen höchsten Ver-



Verständniß/getreulich vorstehen und rathen/und Sr. Chur-Fürstl. Durchl. Ordnung allenthalben geleben will / getreulich ic. Ipsa autem *Constitutio Advocati Pauperum* depingitur in *dict. Ord. Appellat. Tit.* Von der Armen Advocaten, *cujus verba integra non inane erit allegare, neque ab instituto nostro alienum.* Damit sich unsere arme Unterthanen nicht zu beklagen haben/ daß sie Armuths halben / das Recht nicht hinaus führen könten/ und derowegen Rechtloß bleiben müßten / so wollen wir zu unsern Appellation-Gericht / einen sonderlichen Advocaten bestellen / welcher dergleichen armen Parteien ohne einige derselben Belohnung/ in ihren Sachen treulich dienen/ und in Pflicht genommen werden soll. Jedoch daß zuvor derjenige / welcher seine Armuth fürwendet / derselben halben von den Gerichten / darunter er geseßen / schriftliche / glaubwürdige Kundschafft einbringen / auch darauf hernach beschriebenen End Unserer Regierung leiste / und wann solches von ihm geschehen / sol nicht allein der Advocat ihm zu dienen pflichtig seyn / sondern er auch mit allen andern Sporteln und Gerichts-Gebühren verschonet werden / es wähe dann etwa eine solche Sache / darinnen einen / vermöge der Rechte/ sein Gegentheil zur Rechtfertigung zu verlegen schuldig wäre / als wenn ein Armer einen der Alimenten halber / so derselbe ihm zu geben schuldig ist/ belangete/ oder wenn er einen etlicher Güter halben / als ob sie ihm zum theil/ oder gar zugehörten / beklagte / und hätte scheinliche Vermuthunge für sich/ daß sich seinen Vorgeben nach also verhielte / Dem weil sich der Arme in solchen Fällen

*Constitutio & Officium Advocati Pauperum in Supr. Appellat. Judio.*



*Si Pauperis  
Adversario à  
Judice injun-  
gatur, ut ille  
Sportulas sol-  
vat.*

*Ex ordin. Cur.  
Elect. Witte-  
bergensis Pro-  
fessor Institu-  
tionum Procu-  
rator Paupe-  
rum Constitu-  
tus fuit.*

*In desuetudi-  
nem abiit Ord.  
Cur. Witteber.  
hoc casu.*

der Unkosten bey dem Beflagten zuerholē / ist der Advocat ihm umsonst zu dienen nicht schuldig / iedoch soll er auch in denen Fällen / seine Sache so lang ohne Entgeld treiben / biß dem Gegentheil / den Armen mit Unkosten zu versehen auferleget werde. Ex hoc Textu Juris Saxonici patet, Pauperes non solum præstito juramento liberos esse à Sportulis & Expensis Judicialibus, sed ipsis quoque in Supremo Appellationum Judicio Advocatus datur, qui ipsis gratis Patrocinium præstat, nisi forte illi, qui convenitur à Paupere, vel qui lite pulsat Pauperem, à Judice, ut expensas litis solvat, injungatur per Decretum vel sententiam. In Curia Electorali Wittenbergensi quondam secundum Ordinat. Cur. Elect. Professori Institutionum hæc sparta demandata fuit, *Titul. von Proeuratorn.* Ubi Serenissimus Legislator *Elect. Mauriti*us hæc de re ita disposuerat: Zwene Procuratores sollen verordnet / und von ihnen angegeben werden / auf unsre Bestätigung / desgleichen sol der / so Instituta list / der dritte Procurator seyn / welcher verpflichtet seyn soll den Armen / so ihr Armuth darthuen / und erhalten werden / ihre Nothdurfft fürtragen / doch also / wo er nicht durch der Armen Sach / die er um Gottes willen führt / nach Inhalt folgendes Endes / verhindert / so mag er dem Habenden / auch um gewöhnliche Besoldung gleich andern Procuratorn, dienen / derhalben soll der Instituit der Armen / so ihr Armuth geschworen / und von den Verordneten zu eassen / allewege Procurator Pauperum verbleiben. Verum hæc *Ordinatio Cur. Electoralis Witteberg.* tempore JOHANN. GEORG. I. & II. in desuetudinem abiisse videtur, & speciali Rescripto Electorali confirmata, dum hodie



die Professor Institutionum, perinde, ut reliqui quatuor Juris Antecessores, Assessoris munere & officio fungitur, & Munus Advocati Pauperum, si necessitas exigat, Advocato alicui ordinario, vel Procuratori demandatur. Et hæc de PAUPERIBUS, quibus Sportulæ remittuntur, si præstito Juramento Paupertatem docuerint. Quas tamen refundere tenentur, si pauperes finito processu ad pingviorem fortunam pervenerint, uti etiam tunc Advocato pro labore solvere tenentur. Ita memini sæpius factum in Sup. App. Curia.

Not. 8. Uti de Pauperibus modo diximus, quod immunes sint à Sportulis & Expensis Judicialibus, ita eodem privilegio utitur *Fiscus*. Qui semper gratis litigare dicitur à *Cujacio* & aliis vide *Godofred. in Not. ad l. 1. C. de Sportulis. lit. A.* Fisco etiam similis est *Episcopus*, in causâ ad Ecclesiam pertinente, *Novell. 123. cap. 28.* Quo derogatur Juribus præcedentibus, nam paulum aliter constitutum fuerat *in l. 25. §. ult. & l. 33. §. 5. C. de Episcop. & Cleric. & in l. 29. §. 1. C. de Episcop. Audient.* Ipsæ autem Personæ Ecclesiasticæ exiguas præstant, sextam videlicet Aurei partem, *Nov. 123. cap. 12. Peretz ad C. Tit. d. Sportul. n. 5.* In supremo Appellationum Judicio *Dresdensi* immunes à Sportulis sunt *Consilarii Aulici & Appellationum*, item *Secretarii* & alii Judicii Ministri. Cæterum de his & aliis Personis, quas diximus esse immunes à Sportulis & Expensis Judicialibus, illud probe observandum & notabile est, quod ejusmodi Privilegium etiam parti adversæ prodest, ut in Judicio æqualitas servetur. Quando itaque pauper convenit divitem, qui succumbit, tunc ille Pauperi restituere non tenetur expensas, quas nullas impendit privilegio munitus, nisi Judex aliter

Not. 8.  
*Fiscus Immunis est à Sportulis.*

EPISCOPUS  
*in re Ecclesiæ.*

Clerici.

CONSILIARII PRINCIPIS.

Privilegium  
Immunitatis à Sportulis etiã parti adversæ prodest.



l. 6. § ult. C. de  
Fruct. & Lii.  
Expens.

No. 9.  
Num Expense  
in Examen Te-  
stium factæ ju-  
diciales sint?

pronunciet, & consuetudo Judicii aliud ferat. Eleganter hæc de re ita disposuit Imperator Anastasius in l. 6. § ult. C. de Fruct. & Lit. expensis, cujus integra verba apponemus: Cum quidam per leges sacrasq; Constitutiones, alii per speciales largitates sibi præstita privilegia prætendunt, tam super Sportulis, pro conventionibus usq; ad certam quantitatem præbendis, quam super Expensis litium, vel minuendis, vel penitus non agnoscendis, per hanc legem decernimus, ut quicumq; hujusmodi privilegio munitus est, vel postea talem prærogativam quolibet modo meruerit, sciat, & si quos ipse, utpote obnoxios sibi pro quacunq; criminali, vel civili causâ constitutos, in accusationem deduxerit, hos nihilominus iisdem privilegiis potituros, quoniam non est ferendum, eos, qui præfatas prærogativas prætendunt, aliquid plus ab adversariis suis petere vel concedi querere, quam ipsi ab aliis pulsati facere patiantur &c. Et tantum de SPORTULIS & de Personis, quæ ab iis immunes sunt

Not. 9. Circa EXPENSAS JUDICIALES, extra Sportulas solvendas, Quæstio movetur à Doctoribus & Interpretibus: Quid dicendum de sumptibus ob Examen Testium factis? Gailius lib. 1. observ. 151. putat, illas expensas ab illis, quæ ob Processum fiunt, distingvi. Ummius vero contrarium sentit, quod nempe secundum Communem ordinem procedendi, illæ impensæ, quæ in Citandos, presentandos, examinandos Testes & eorum dicta excipienda, rotulanda, publicanda, oppugnanda, fiunt, ad illas, quæ ad Processum faciunt, referendæ omnino sint. Quod probationes videantur esse, vel de substantia judicii, vel ad minimum pertineant ad Processum. Existimat Idem Ummius Disputat. ad Process. 22. §. 5. n. 19. Gailium intelligendum esse de Expen-



pensis, quæ in Testium examinatione ad perpetuam rei Memoriam fiunt. Sint tamen necesse est illæ Expensæ, in Testium Examen factæ, moderatæ, modicæ, legitimæ, non superfluæ &c. quæ omnia, ut tota Expensarum moderatio, & adjudicatio, Judicis arbitrio committenda sunt.

Not. 10. Ex mente nostræ Constitutionis non difficile est determinare EXPENSAS JUDICIALES, quæ nempe in genere in iudicium expenduntur, & Processus causa necessario erogari debuerunt, vel ob factam Citationem, Publicationem sententiæ, sumptus Ministrorum Judicii, Apparitorum, Actuariorum, Tabellariorum &c. Welche auf das Gericht gegangen / und also wegen des Proceß / nothwendig aufgewand worden / als Citation, Urthel-Geld / Boten-Lohn und dergleichen. In eo tamen videtur nostræ Constitutio recedere à communi Dd. & Interpretum mente, quando illi *Salaria Advocatorum* ad Expensas referunt JUDICIALES, uti antea diximus ex *Ummio Diss. ad Proc. 22. §. 5. n. 18.* Seren. Legislator Augustus vero illas refert ad *Extrajudiciales*, his verbis: **Do aber andre Expens mit eingemengen / die Extrajudiciales gewesen / als was auf Fuhrlohn / die Reisen / Zehrung in den Herbergen / Advocaten-Lohn / Ausgeben / die hat man ic.** *Extrajudiciales* nempe omnes illæ dicuntur, quæ neque in Processu, neque iudicio, vel Judici ipsi vel Ministris & Executoribus, Judiciorum solvendæ sunt, sed Personis extrajudicialibus vel accessoriis demum Judiciorum, vel quæ impenduntur extra locum iudicii, uti sunt *expense itineris, sumptus in diversis consumti*, item quæ erogantur in *Advocatos*, quæ restituendæ sunt quidem, sed tamen non sunt propriè & specialiter dictæ judiciales.

Not. 10.  
EXPENSÆ  
JUDICIALES  
Juris Saxonici.

secundum  
Const. 31.

*Salaria Advocatorum jure Saxon. ad extrajudiciales expensas referuntur.*

*Extrajudiciales quæ dicantur Expense?*

Not. 11.



*Expense Litis  
alia sunt Unius  
Termini, alia  
Totius Cause.*

*Varia Cause  
ob quas Ex-  
pense litis sol-  
venda.*

*Formula va-  
rie pronunti-  
andi.*

*In expensis U-  
nius Termini.*

*Formula sen-  
tentia in adju-*

Not. II. Uti autem Expensæ Litis dividuntur in JUDICIALES & EXTRAJUDICIALES in nostrâ Constitutione, ita utræque vicissim aliæ sunt *Unius vel alterius Termini*, nonnullæ *Totius cause*. Quæ in sententiâ à Judice nullatenus confundendæ sunt. Prout nempe aliæ sunt sententiæ Judicis, vel *Interlocutoria*, quibus non tota lis & controversia, sed articulus quidam incidens deciditur, vel etiam *Definitiva*, quibus Tota lis & causa principalis in judicium deducta finitur & determinatur, ita quoque aliæ sunt Expensæ Litis, quæ à Judice illi parti, quæ succubuit, vel litem protraxit, super aliquo puncto incidenti solvendæ injunguntur, aliæ vero, quæ in Totâ lite & controversiâ jam finitâ per sententiam in Causâ Principali adjudicantur. Quod maximè contingit ob varias & non uniformes causas, ob quas illæ EXPENSÆ LITIS refundendæ sunt, ejusmodi sunt: *non ritè & legitime facta citatio, Contumacia vel Actoris vel Rei in non comparendo, in non respondendo, in non probando, non recognoscendo, vel centum aliis modis mandato & jussui Judicis non parendo, in retardando processu, & denique in tota causa temere litigando, ob quam tandem victus Victori in Expensas totius litis est condemnandus.* Unde distinctio illa Expensarum in *Unius vel alterius Termini, & Totius Cause* manifesta est, nec ulteriori indiget probatione. Quotidiana etiam illam approbat Judicium observantia, diversa pronuntiandi ratio, & modus sententionandi alius. Quod si enim Expensæ adjudicentur Unius Termini, formula sententiæ hæc esse solet: *Das Beklagter die Unkosten dieses Termins welche auf 5. Thaler 2c. gemessiget werden/ Klägern zu erstatten schuldig.* Quod si vero Totius causæ Expensæ Parti

ad-



adversæ solvendæ injungantur à Judice, præviâ liquidatione & Moderatione, ita concipi & formari sententia solet, Daß Beklagter die in diesen Proceß aufgewandte Unkosten/ welche auf 100. Thlr. gemessiget werden/ Klägern zuerstattten verbunden. Fit tamen etiam, ut Totius causæ Expensæ alteri adjudicentur generaliter, si nondum liquidatæ & moderatæ fuerint. Und ist Beklagter die auf diesen Proceß verwandte Unkosten/ auf vorgehende liquidation und Richterliche Ermessigung/ Klägern zuerstattten pflichtig. Quo casu, si ingens aliqua summa sit, necesse est, ut pars adversa, quæ condemnata fuit in Expensæ, ad singula capita vel membra liquidationis factæ responsione & Exceptione suâ audiatur. Et judex ita interloqui solet: würde Kläger die auf diesen Proceß verwandte Unkosten gebührend liquidiren/ Beklagter auch auf alle und jede Posten/ was er dabey einzuwenden/ antworten/ so ergeheth derselben Moderation was recht. Vel si jam ab Actore liquidatæ sint, & Reus ad illarum capita nondum responderit, ita pronuntiandum. Daß Beklagter auf die von Klägern übergebene liquidation sich einzulassen/ von Posten zu Posten zu antworten schuldig/ ergeheth so dann der gesuchten Moderation halber was recht ist. Cæterum de hac Liquidatione & Moderatione Expensarum modo circa alteram partem hujus nostræ Dissertationis pluribus agemus. Hæc, quæ hactenus à nobis dicta sunt de EXPENSIS in GENERE, & Variis illarum speciebus, nec non LITIS EXPENSIS, pro instituti nostri ratione jam sufficiant.

Not. 12. Absolutâ generali Tractatione de EXPENSIS, præsertim LITIS, jam deveniendum nobis  
D est

*liquidatione Expensarum Totius causa.*

*Sententia interlocutoria super Expensis Totius Causa*

*Si expensæ jam liquidatæ & nondum moderatæ.*

Not. 12.  
*De Liquidatione, Moderatione,*



*ratione & Ad  
judicatione  
Expensarum  
Litis.*

*Questio  
CONSTIT.  
XXXI.*

*Sententia Ve-  
terum JCoꝝ  
Saxonicorum  
in adjudican-  
dis solis Expen-  
sis Judicialibꝫ  
Neglectis Ex-  
trajudicialibꝫ*

est ad LIQUIDATIONEM & MODERATIONEM, nec non ADJUDICATIONEM illarum: in quâ potissimum occupata est præsens nostra CONSTITUTIO. In hac ipsâ Unica videtur esse Questio proposita, & Electorali auctoritate decisa. *Quid nempe faciendum sit Judici, si pars aliqua litigans in Judiciis petat expensas litis, vel in Processum erogatas restitui sibi, & non solum in liquidatione suâ petat judiciales, sed & extrajudiciales, neqꝫ ad Juramentum se offerat?* Occasio hujus Questionis propositæ, & à Serenissimo Electore decisa, videtur desumpta ab aliqua diversitate sententiarum, quas foverunt antea editam hanc Constitutionem JCoꝝ Saxonici in Scabnibus & Collegiis Juridicis. Ob verba initialia: *Die Schöp-pen-Stühle haben bißhero / wenn die Gerichts-Expensen, so iemand zuerkand worden / ohne Eyd angeeben / allein die gesprochen ic.* Quando nempe aliquis litigantium Expensas litis repetendo liquidavit, & quidem sine Juramento, hoc casu solas Judiciales restituendas esse pronunciarunt, de quibus antea jam dictum, quid illæ sint, & quomodo differant ab extrajudicialibus. *Welche auf das Gericht gangen / und also wegen des Proceß nothwendig aufgewand worden / als Citation, Urtheil-Geld / Boten-Lohn und dergleichen.* Reliquas vero Expensas Extrajudiciales, si commixtæ fuerunt cum judicialibus, penitus neglexerunt & sicco quasi pede transierunt. Ita referente Divo Augusto in §. 1. *Nostr. Constit.* *do aber andre Expens mit eingemengeset / die Extra-Judiciales gewesen / als was auf Fuhrlohn / die Reisen / Beherrung in den Herbergen / Advocaten-Lohn / ausgeben / die man hat gänzlich deßfalls übergangen.* *Quod si*  
vero



vero ejusmodi Expensæ litis una cum oblatione Juramenti liquidatæ & petitæ fuerunt, tunc à Judice taxatæ & Juramento Partis præstito, in quantum moderatæ, confirmatæ sunt & adjudicatæ, quod ad minimum tantum Litigator impenderit & erogaverit. Verba §. 2. Nostr. Const. ita habent: Wann aber die Expens mit dem Ende angegeben worden / so hat man dieselbige taxiret / und zu schweren erkandt / daß zum wenigsten / so viel moderiret / aufgewandt. Cæterum hæc sententia & Opinio Jctorum Saxonorum Serenissimo Legislatori & Compilatoribus nostrarum Constitutionum aliquo modo dura & cum iniquitate quadam conjuncta visa fuit, cum temere litigantibus videbatur succurri, si extrajudiciales Expensas, parti adversæ, necessariò in litem vel Processum factas, non deberent restituere. Ideoque præsentî hæc Constitutione ab illâ Veterum Jctorum Saxonorum sententiâ recesserunt, & disposuerunt, ut quia in Causis Expensarum nonnulli jurare recusent, attamen nihilominus Extrajudiciales Expensæ, quamvis sine Juramento liquidatæ & petitæ fuerint, præviâ taxatione & moderatione parti litiganti & succumbenti adjudicentur, cum illæ debeant esse pænæ temerè litigantium. Verba Divi Augusti in §. 3. 4. & 5. ult. hæc sunt: Es haben unsere Verordnete dahin geschlossen / weil in Expens-Sachen / mancher den End zu thuen Bedencken hat / und dannoch dieselbige pænæ temerè litigantium seyn sollen / daß auch auf diesen Fall / so die Gerichts-Kosten ohne End angeben / etliche Extrajudicial-Expens, derer man ungefähr gewiß seyn möchte / iedoch auf ziemliche und billige Taxation zuerkennen seyn sollen / welches wir uns auch also gefallen lassen. Setzen

Expense litis  
jurato liqui-  
date.

Constit. xxxi.  
à sententiâ ve-  
terum Jcto-  
rum recessum  
& quare?

Jure Moderno  
Saxonico Ex-  
pense etiam  
extrajudica-  
les sine Jura-  
mento Partis  
moderantur.



*Expensa litis  
sint Necessaria  
& probata.*

*Varia Requi-  
sita ut Expen-  
se litis peti  
possin.*

*1.  
Certa sint &  
probabiles.*

*2.  
Necessaria.*

*3.  
Liquidentur  
& specificen-  
tur. ante Mo-  
derationem.*

und ordnen / das demselbigen in Gerichten / auch in  
Stellung und Fassung der Urthel also nachgegangen  
werden soll. Et secundum hanc Constitutionem jam in  
Judiciis Saxonis tam inferioribus, quam superioribus, Ex-  
pense litis, tam Judiciales, quam Extrajudiciales, quam-  
vis aliquis, qui illas petit, se ad juramentum non offerat,  
à Judice secundum *Taxam Judicialem* moderantur & parti  
succumbenti, vel quæ litigando temere illas causavit, sol-  
vendæ imponuntur. Si tamen tales sint, quæ necessario  
impendi debuerunt, & revera erogatæ fuerunt, ob verba  
derer man ungefährliehen gewiß seyn möchte. Delicata-  
rum enim & inutilium, vel superfluarum, vel etiam incer-  
tarum & dubiarum, vel fictarum Expensarum litis Judicem  
nullam rationem habere debere, jam supra ostendimus  
pluribus, ubi egimus de divisione Expensarum Litis. Ut  
itaque in foro Saxonico cum effectu Expensæ litis repeti pos-  
sint ab adversâ parte temerè litigante, sequentia concurrere  
debent: (1) Expensæ, sive *Judiciales*, sive *Extrajudiciales*  
sint, quæ liquidantur, certæ sint & probabiles, ob verba: De-  
rer man ungefährliehen gewiß seyn möchte. Solent  
nempe vel documentis literariis vel attestatis doceri, vel  
qvitantis & liberationibus. Welche mit gewissen attesta-  
tis mit Quittunge / Belege-Zetteln belegen und beschei-  
niget: (2) Sint Necessariæ, non delicatæ expensæ litis, ob  
verba nostræ Constitutionis in pr. und also wegen des  
Proceß nothwendig aufgewand worden. (3.) *Liqui-  
dentur & specificentur* ab illa parte, quæ petit, sive Actor  
sit, sive Reus. *Moderationem* enim Judicis, necesse est, ut  
anteceat *Liquidatio* expensarum. Et quamvis in senten-  
tia Judicis sæpè in genere expensæ adjudicentur & solven-  
dæ



daë injungantur uni vel alteri parti, attamen si liquidatio nulla præcessit, illa, ut fiat, injungitur fieri parti. Hæc formula, daß Beklagter die Unkosten dieses Termins auf vorgehende liquidation und Richterliche Ermessigung zu erstatten schuldig. Vel ita: würde nun Kläger den Beklagten die Unkosten gebührend liquidiren/so ergeheth derselben moderation halber was recht ist. (4) Quod si vero debito modo liquidatæ sint expensæ, vel in specie, vel in folle, ut vocant, insgesamt und überhaupt/ quod interdum in Expensis Unius Terminis admittitur, non tamen in expensis totius litis, tunc adjudicandæ & solvendæ non sunt, anteqvam accesserit MODERATIO Judicis, & quidem secundum *taxam judicalem*. Ob verba nostræ Constit. in § pen. Jedoch auf ziemliche und billige Taxation zu erkennen seyn sollen.

4.  
Moderentur à  
Judice Causa  
secundum Taxam  
Judicii.

Not. 13. Ante omnia vero *Expensa* litis à Judice Causæ *adjudicanda sunt* Litigantibus, vel utriqve, vel alterutri ex illis, qui vel succubuit, vel temere litigavit & Processum retardavit. Quod si enim nullæ fuerint adjudicatæ, & vel petitæ negatæ, vel per compensationem sublata, vel ob probabilem litigandi causam penitus denegatæ *im Urtheil* übergegangen / tunc procul dubio inanis erit *Expensarum exactio*. Neqve tamen in expensas Litis quempiam Litigantium condemnare poterit Judex, nisi ob justam aliquam & legitimam causam. Et hæc quidem uniformis non est, sed variis contingit modis, quibus aliquis temere litigare, vel litem protrahere & Processum retardare dicitur. Principales nempe causæ, ob quas Litigantium aliquis in Expensas à Judice condemnari potest, in duas quasi classes dividi possunt, quarum (1) sunt illa, quibus lis protrahitur

5.  
Not. 13.  
Peti non possunt cum effectu  
Expensa litis, nisi à Judice  
adjudicata  
per sententiam.

Non nisi ob  
causam Litigantes in  
Expensas condemnari  
possunt.

Causarum  
duæ Classis.



*tur vel Processus retardatur.* Quæ potissimum contingunt circa *formam* Processus non rite observatam, (2) Aliæ autem, quæ contingunt circa *Merita cause* & ipsa *materialia litis*, si nempe Actor plane nihil probaverit de eo, quod intendit & manifesto constet, temere & sine causâ Reo litem fuisse motam. De his jam in specie nonnullæ erunt recensendæ.

Not. 14.

1.  
Expense Retardati Processus.

Expense ob temere factam citationem.  
l. 79. ff. d. Judic.

Variis modis dicitur quis temere citatus.

Si Actor in Termino non compareat.

Not. 14. Ad primam classem nempe *Expensarum Retardati Processus, vel protractæ litis* referunt Dd. (1) Non legitimè vel temerè factam Citationem partis adversæ. Et jure etiam Civili temerè citato viatica, id est expensæ extrajudiciales, & alii etiam sumptus litis causâ facti judiciales refundendi sunt. Verba *Ulpiani in l. 29. ff. de Judic. pr. hæc sunt: Eum, quem temere adversarium suum in Judicium vocasse Constitit, viatica, litisq; sumptus adversario suo reddere oportebit.* Variis autem modis quis temere in judicium citatus esse dici potest, E. g. si legitimè quidam citatus sit, actor autem in Termino ipse non compareat, vel compareat quidem, sed tamen imparatus, & illud non expediat, cujus gratiâ Reus citatus comparuit. Et videtur tunc actor ob contumaciam, vel negligentiam suam justè in expensas litis vel Terminum condemnari. Et in foro quidem Saxónico tunc Actor, si ipse non compareat, non solum in expensas condemnatur, sed & Reus ab Instantia absolvitur, donec cautionem Actor præstiterit de lite prosequendâ, & ipsas expensas realiter exsolverit Reo, de quâ re diximus in præcedentibus Dissertationibus. Formula pronunciandi hæc esse solet: *Dasß Beflagter von dieser Instanz zu entbinden/ und ist derselbe ehe und bevor Kläger cautionem de lite pro-*

pro.



prosequendâ gebührend bestellt/ und die verursachte Unkosten erstattet/ sich mit Klagen ferner einzulassen/ nicht verbunden.

Not. 15. Et hic primus Casus fuit, ubi ob certam causam, non ritè nempe & legitimè factam Citationem, Actor in expensas Terminum condemnandus est. Quorsum Dd. & hunc referunt casum, si plures Debitores essent, & is in iudicium vocatus sit, quem causa non concernebat, aut si Actor ex industria & Studiosè relicto competentente Iudice, incompetentem adiit, ac Reum citari fecit. *Ummius Disputat. ad Process. 22. §. 6. n. 22.* Præter hunc tamen, & plures alii sunt, quibus vel Actor, vel Reus, à Iudice competente in expensas est condemnandus. Et huc ut plurimum referenda est CONTUMACIA vel Actoris, vel Rei. Et hæc contumacia vel ab Actore, vel Reo commissa, se extendit fere per omnes omnino Processus Judicialis articulos, & toties committitur, quoties vel legi & observantiæ iudicii, vel iussui & sententiæ Iudicis non obtemperant litigantes. Et illi casus omnes certâ lege determinari vel describi nequeunt, sed, prout quamplurima alia, Iudicis arbitrio sunt committenda. Et quamvis *contumacia Actoris, vel Rei*, aliis quoque pœnis coerceri soleat, de quibus alibi à nobis dictum est, frequentius tamen Litigantium Contumacia in non comparendo, vel parendo *mandato Legis vel Iudicis* punitur condemnatione in *Expensas retardati Processus*. Neque hoc ipsum alienum est à dispositione Juris Civilis & communis, quo Contumax refundere necessum habet, quicquid in actum, de quo expediendo agebatur, erogatum est, *Ummius ad Process. Disput. 22. §. 6. n. 23.* Et Jure quidem Canonico ad tertiam demum citationem comparens restituere

Not. 15.

*Plures Casus non rite facta citationis.*

*Contumacia litigantium Variis modis committitur.*

*Præter alias penas punitur Restitutione Expensarum Retardati Processus.*

tuere



*Expense Ter-  
mini non ad-  
judicantur ni-  
si à Parte pe-  
tantur præviâ  
contumacia  
accusatione.*

*Major contu-  
macia illorum  
est, qui compa-  
rent & non re-  
spondent vel  
citationi ob-  
temperant.*

*l. 4. C. de Fruct.  
& Litiū expen-  
Expense Re-  
tardat. Pro-  
cessus restitui  
jubentur.*

tuere debet, quæ in primam & secundam citationem factæ sunt. In Judiciis Saxonis ut plurimum expensæ non adjudicantur primi Termini, præsertim si Reus non habuerit Terminum Legalem, Eine Sächsische Frist. Neque etiam facile ex officio adjudicantur, nisi petantur ab adversâ parte præviâ contumaciæ accusatione. Quo casu ita pronuntia-  
ri solet: Auf Vorbringen und beschuldigtem Ungehorsam ic. geben wir diesen Bescheid ic. Daß Beklagter nach anderweit vorgehender Ladung zu erscheinen / und voriger an ihn ergangener citation, Folge zu leisten / auch weil er solches izo nicht gethan / die Unkosten dieses Termins welche hiemit auf 5. Thaler ic. gemessiget werden / Klägern zu erstatten schuldig. Major adhuc videtur esse contumacia litigantium, si compareant in Termino præfixo, & citationi factæ non obtemperant, vel tacendo & non respondendo, vel sine venia & licentiâ Judicis abeundo & decedendo. Quo casu itidem præter alias pænas, expensarum restitutione condemnandi sunt. Neque refert, num Contumax, quoad reliqua merita causæ justam causam habeat, nec ne, indistincte enim in expensas condemnandus est. Quinimo contumax omnia damna restituere debet, quæ pars adversa in Rebus suis passa est. *Ummius ad Process. Disput. 22. §. 6. n. 23.* Et Expensas quidem Retardati Processus restituendas esse ab illo, qui litem protrahit sine justâ causâ, vel impedimento legali, jam jure Civili Romano constitutum est in l. 4. C. de Fruct. & Lit. expensis. Ubi Impp. ita sentiunt: Non ignoret is, cui ex interpellatione aliquis secundum datam formam in longinqua protractus fuerit examina, quod si culpa suâ fuerit dilata cognitio, vel minime Actioni suæ adfuerit,



rit, vel delata non probaverit, pro calumnia quidem pœnam luat Legibus constitutam, pro pecuniaria verò causa post sumptus, consideratâ quantitate postulatorum, vel Medii itineris intervallo, condemnationem pro æstimatione Judicis sustinebit. Ex hâc lege patet, Contumaciam illorum, qui lites protrahunt, non solum aliis pœnis, sed & in causis civilibus & pecuniariis, restitutione sumptuum coerceri. Quantitatem vero sumptuum vel expensarum æstimatione Judicis committi debere. Cæterum quot modis Processus retardetur certo, ut sæpius diximus, determinari nequit, ob varietatem malitiæ & contumaciæ hominum. Procul dubio Retardare Processum videtur, qui MUTAT LIBELLUM vel *Emendat*, quam retardationem Processus neque à *Muliere* tolerandam, vel impunem esse debere, communiter Dd. statuunt. De quo in judiciis Saxonis nullo est dubium, quin Exceptio Mutati libelli valide in hunc effectum opponi possit à Reo, ut ille ad novum & mutatum libellum respondere non teneatur, antequam Actor ipsi expensas retardati Processus restituerit. Solet nempe ita pronuntiari: *Würde Kläger Beflagten die expensas retardati processus, oder verursachte Unkosten/ erstatten/ inmassen ihm vor allen Dingen zu thun obliegt/ so ist Beflagter / seines übrigen Vorwendens ungeacht/ sich auf die neu verbesserte Klage einzulassen und zu antworten schuldig.* Nec vero Libellum ille solus mutare dicitur, qui quoad formalia & aliis verbis conceptum offert, sed maximè, qui mutat merita causæ, vel ipsum genus actionis, v. c. quando pro *actione Personali* instituit *Realem*, pro *civili*, *Criminalem*, pro *possessorio*, *petitorium*, & vice-versâ. His Casibus, extra dubium est, Reum non compelli pos-

*Quantitas expensarum retardati Processus æstimatur à Judice.*

*Mutatio Libelli Causa est restituendarum expensarum retardati Processus.*

*Quis dicatur Libellum Mutare?*



*Expensæ resti-  
tuendæ, quoties  
qvis in  
sententiâ in-  
terlocutoriâ  
succumbit.*

li posse ad Responſionem, vel litis conteſtationem, ante-  
quam expensæ retardati Processus fuerint restitutæ. In ge-  
nere Dd. tandem statuunt, Expensas Termini vel retardati  
Processus restituendas esse, quoties aliquis in sententiâ in-  
terlocutoriâ succumbit. Quæ regula tamen quomodo, &  
quot modis limitetur, pluribus exponit *Ummius Disputat.*  
22. §. 6. n. 24. Adde *Gail. lib. 1. Obs. 151.*

Not. 16.  
EXPENSÆ  
Totius Cause.

*Victus Victori  
de jure Civili  
in expensas est  
condemnan-  
dus, & si Ju-  
dex illud ne-  
gligat, ipsemet  
solvere cogi-  
tur.*

l. 13. §. 6. C. de  
Judici.

Not. 16. Et hæc, quæ modo dicta sunt, de *Expensis  
unius vel alterius Termini*, vel etiam *Retardati Processus*,  
tantâ difficultate non laborant, quam illa, quæ occurrere  
solent dubia, circa EXPENSAS TOTIUS CAUSÆ, LITIS,  
& CONTROVERSIÆ. De his Regula notoria & trita  
fatis est, quæ in judiciis undiqve exaudiri solet: *Victus Victo-  
ri in Expensas est condemnandus*. Principalis nempe & potis-  
sima Causa restituendarum Expensarum Litis est VICTO-  
RIA, ob quam ille qui succubuit, non solum in causa prin-  
cipali, sed & ejus accessionibus v. c. *damnis, Usuris, inter-  
esse, expensis, condemnatur*. Nec refert, num causa civilis  
sit, an criminalis. Quin imo de jure civili Romano hæc  
Regula tam præcisè observanda est, ut si Judex Victori  
in causa expensas litis non adjudicet, neque Victum in illas  
condemnet, ipsemet à Parte Victrice conveniri possit. E-  
leganter hæc de re *Imperator Justinianus* ita differit & di-  
sponit in l. 13. *Properandum* §. 6. C. de *Judiciis*. *Sive autem  
alterutrâ parte absente, sive utrâq, presente, lis fuerit deci-  
sa, omnes Judices, qui sub Imperio nostro constituti sunt,  
sciant Victum in Expensarum Causâ Victori esse condemnan-  
dum, quantum pro solitis expensis litium juraverit, non igno-  
rantes, quod si hoc prætermiserint, ipsi de proprio hujusmo-  
di*



di pena subiacebunt, & reddere eam parti lesæ coartabun-  
 tur. Haftenus verba Justiniani. Item probari potest ex *l. 78. §. 2. ff. de Legat. 2.* In verbis Papiniani. *Sed damnum, si quod ex eâ re fuerit secutum, ab his sarcium erit, qui post dictam sententiam iudicatum solvere supersederunt, Nec aliud servabitur in litis Sumptibus, si Ratio litigandi non fuit.* Notabile quoque in iure Canonico est *Cap. 4. X. de p. nis, ubi Pontifex Alexander ita disposuit: Calumniam & Audaciam temere litigantium condemnando in Expensis, & alio multiplici remedio sanctio Imperialis compescit. Quoniam igitur sacris Institutis consonare dignoscitur, precipimus, ut de cetero in causis pecuniariis Victus Victori in expensis condemnatur, nisi sententia pro absente feratur.* Videtur Pontifex in hoc Textu se referre ad *Tit. Instit. de Pœnâ temere litigantium*, ubi quam plures pœnæ aliæ, quam condemnatio in Expensas, recensentur ab Imperatore Justiniano. De quibus alibi à nobis dictum fuit. Numne verò hæc Regula, quæ *Victus Victori in Expensas condemnari iubetur*, ad illos temerè litigantes saltem spectet, qui ex *malitiâ & dolo* alterum litibus vexant, an Temere litigantes illi quoque dicendi sunt, qui *inconsulto & non attentâ vel inspectâ causæ qualitate, nullo adhibito consilio*, litigant, inter Dd. & Interpretes olim disputatum fuit, sed Decisio huius quæstionis facile desumi potest ex antea allegato Textu Juris civilis *l. 78. §. 2. ff. de Leg. 2. in verbis: Si Ratio litigandi non fuit*, hoc est si quis nullam causam litigandi habuit. Ut ita Temere litiget, qui sine causa & ratione litigat, quamvis sine dolo & malitiâ expressâ.

*l. 78. §. 2. ff. de Legat. 2.*

*Cap. 4. X. de Panis.*

*Quoniam propriè dicantur temere litigare?*

Not. 17. Cum vero nulla Regula sit tam firma, quæ non suas admittat limitationes, ideoque & hæc à nobis pro-

Not. 16. *Exceptiones à Regulâ.*



1.  
*Victus Victori  
 in expensas nō  
 condemnatur,  
 qui justam li-  
 gandi causam  
 vel probabi-  
 lem habuit.*

*Litigare in Ju-  
 dicio actus per  
 se licitus est &  
 extra penam  
 constituitur mo-  
 do temere non  
 fiat.*

*Quenam sint  
 Justæ & pro-  
 bables liti-  
 gandi Cause.*

*Statuto induci  
 non potest ne  
 Victus Victori  
 in Expensas  
 condemnatur.*

posita ; quâ *Victus Victori in expensas condemnandus* esse dicitur, non perpetua est, sed variis modis limitatur. Inter quas Exceptiones & limitationes principalis illa est, quando *Victus probabilem litigandi causam habuit*. Multo magis *si justam*. Et hæc Exceptio juris Civilis & Communis principiis non solum est conformis, sed & in Judiciis quotidianâ observantia approbata. Quod si enim soli temere litigantes in expensas sunt condemnandi, & qui litigandi causam vel rationem, ut modo diximus, non habuerunt, ab illis liberabuntur procul dubio, ex doctrina contrariorum, qui justam causam litigandi habuerunt. *Ulm-  
 mius Diss. ad Proc. 22. §. 8.* Patet hoc ex l. 79. ff. d. *judic. in  
 verbis: Quem temerè* item ex l. 78. §. 2. ff. de *Leg. 2. in ver-  
 bis. Si Ratio litigandi non fuit.* Nov. 82. cap. 10. T. T. *Inst.  
 de pœnâ temere litigantium.* Quæ Rubrica non concepta est generaliter de pœnâ litigantium, sed temerè litigantium, cum actus per se licitus sit, *in judicio experiri, si quas a-  
 ctiones quis habeat.* Ut ita litigare in Judicio, legitimus actus sit, & omni jure permissus, qui per se pœnam non meretur, sed illius abusus & pruritus vanus & temerarius litigandi, qui non instituitur juris consequendi, sed adversarii vexandi causâ suscipitur. Cæterum quanam justæ ac probabiles litigandi Causæ & Rationes sint appellandæ, certâ lege determinari & definiri nequit, committendum id ipsum arbitrio Judicis esse videtur, cujus officio alias incumbit *adjudicatio, Taxatio & Moderatio expensarum.* A Dd. tamen nonnullæ exprimi solent & recenseri. Illud extra controversiam esse videtur *Statuto vel consuetudine induci non posse, ne Victus Victori in expensas condemnatur,* cum sit in Republicâ non tolerandum, ut delicta maneat

im-



impunita, quibus annumerantur quoque temeraria litigia, & pugnet cum naturali æquitate, alteri damnum impune inferre. Neque tamen illud quoque Statutum probat *Ummius*, nec tolerandum censet, quo indistinctè Victus Victori in expensas condemnari jubetur, exclusâ probabili ratione litigandi. Aliud est, si forte de expensis non restitutionis conventum sit inter partes, per Compromissum aliquod. Quod autem ab illo, qui justam causam litigandi habuit, Expensæ repeti nequeant, obtinet non saltem in *Judicio prima*, sed & *Secundæ Instantiæ*. Quamvis negandum non sit, quod Minor causa in *prima*, quam *secundâ Instantiâ* excuset: Perinde uti *Minor Causa* excusat *Reum*, quam *Actorem*. Illud magis controversi posse videtur: *Quid Statuendum sit Judici, si aliquis partim justam, partim injustam litigandi Causam* habeat? Sunt nonnulli *Dd.* inter quos est *Decius ad l. 42. ff. de R. J.* qui in omnes illum expensas condemnandum statuunt, quod cognitâ injustitiâ causæ in lite perseveravit. Sed benignior videtur illorum sententia, qui negant ulterius condemnandum esse, quam ab illo tempore, quò temerè litigavit. Quando vero in Victo præsumatur justa litigandi Causa, quando non, pluribus exponit *Menochius de Præsumptionib. lib. 2. præsump. 87.* ubi distingvit inter *Actorem & Reum*. Ille, si causâ cadat, semper videtur temere litigasse. *Ummius* hæc de re ita sentit *arg. l. 42. ff. d. R. J.* *Etiamsi Actor ignoraverit Jus sibi litigandi non fuisse, in ipso tamen culpa est, quod litigavit, re prius non benè deliberatâ.* In Reo tanta non subest suspicio, utpote qui ad defensionem sui actionem elidere tenetur. Neq; tamen penitus liberatur ab Expensarum restitutione, si nullam suæ defensionis justam causam allegare possit, sed

De expensis nõ  
restituendis  
conveniri pot-  
est inter Par-  
tes.

Minor Causa  
excusat Reum  
quam Actorem  
Si litigans  
partim justam  
partim inju-  
stam litigandi  
Causã habeat?

Quando præ-  
sumatur justa  
litigandi Cau-  
sa?

In Actore.

In REO.



*In dubio pro  
Reo militat  
presumptio  
quod ad sui  
defensionem  
litigaverit.*

solâ & præfractâ negatione se tueri malit, contra bonam fidem, & sæpius contrâ avtographon & obligationem propriâ manu & Sigillo corroboratam. In dubio tamen pro Reo militat præsumptio, quod justam contradicendi causam habuerit, quæ tamen contrariis conjecturis facile enervari potest. Solet non infreqvens esse, ut in judiciis ejusmodi causa, ob quam litigans ab expensis absolvitur, n sententia exprimat vel in specie, quod raro fit, vel saltem in genere, quod usu receptum, per compensationem hâc formulâ. Die beiderseits aufgewandte Unkosten aber werden aus bewegenden Ursachen compensiret und aufgehoben / & hoc conforme est, Nov. 82. cap. 10.

Not. 17.  
*CAUSÆ Liti-  
gandi Proba-  
biles.*

1.  
*Si litigans pro  
sua sententia  
Munitus sit  
Consilio JTri  
vel Collegii  
Juridici.*

2.  
*Si Causa sit du-  
bia & questio  
Juris, quæ inll  
tramq, partiē  
à Dd. ventila-  
tur & disput.*

Not. 18. Sed redeundum nobis est ad *CAUSAS Probabiles & apparentes Justas*, ob quas Litigans ab Expensis liberatur. De his cæpimus dicere, quod lege vel statuto determinari nequeant, sed sunt illæ Judicis arbitrio committendæ *Menoch de Præsumpt. Cas. 177. n. 2.* Doctores tamen nonnullas allegare solent (1) Si Victus litigaverit prævio consilio alicujus Doctoris vel Jurisperiti. Multò magis, si munitus Responso aliquo *Collegii Juridici vel Scabinatus*, ad privata acta vel interrogationem facto. Wenn einer ein gut Informat - Urthel vor sich hat. Cui tamen non svaserim, nimium esse credendum, ob id, quod ejusmodi Responso ut plurimum fiant ad interrogationem imperfectam juxta proverbium: *Wie man fragt / so bekommt man die Antwort.* (2) Quod si *Causa & controversia admodum dubia & incerta sit*, nullis legibus expressis vel statutis, vel consuetudine decisa, quæ in Ultramque partem à Doctoribus ventilatur, & probabiliter disputatur. Et quam



quamvis nonnulli existiment, illud non procedere, si communis obstet Dd. opinio, sapius tamen memini à communi Dd. opinione fuisse recessum in *Supremo Appellationum judicio*, ob insignem aliquam causæ Circumstantiam. Sufficit, quod ejusmodi causa sit, quæ in judicium & litem deducitur, quæ aliquo modo sit *dubia*, non in facto sed in *jure*, Quæstio enim juris, non decisa a pertâ lege, probabilem præbet dubitandi & litigandi rationem. Cum injuriam nemini faciat, qui jure suo utitur, nec infreqvens est in ejusmodi *Quæstionibus & Controversiis Juris*, ut unus sententia prægnantibus rationibus suffulta, alias ad se quoque trahat dissentientium. (3) Referunt Dd. ad probabilem litigandi causam porro, si *Victus suam intentionem semiplene probavit, si adversarius demum juramento supplementorio vicit, si Testes ex defectu personæ reprobati sunt, si in defendenda famâ & existimatione suâ succubuit. Si vir sit honestæ famæ & fidei, & religionis. Si Reus extrajudicialiter non interpellatus fuerit, si pars Adversa ob privilegium ab expensis immunis sit, si quis successit alteri & probabili ignorantia litigaverit, si quis jussu superioris litem movit.* Et quæ aliæ sunt Causæ litis probabiles, quæ partim recensentur à Dd. *Menocchio, Ummio*, & aliis Dd. partim Theoreticis, partim Practicis. Quæ omnes cujus etiam sint nominis, ita tamen comparatæ sunt, ut arbitrium judicis non solum admittant, sed & penitus desiderent, & non excludant.

Not. 19. Sed missis Causis, ob quas Expensæ litis, vel Judiciales, vel extrajudiciales, vel Actori, vel Reo à Judice solvendæ injungi possunt, jam propius nobis accedendum est ad Officium Judicis, quo fungi potest, & debet, vel in Ex-

3.  
*Varia aliæ  
causæ probabiles  
litigandi.*

*Indistincte omnes causæ Judicis arbitrio committendæ.*

Nor. 18.  
*Officium Judicis circa Expensas Litis*

pen-



*Triplex quorū*

1.

*Consistit in  
Condemnando  
& Adjudican-  
do.*

2.

*In Taxando.*

3.

*In MODE-  
RANDO.*

*Concurrunt  
illa Tria in Ex-  
pensis Unius  
Termini.*

*Adjudicantur  
interdum Ex-  
pense & Mode-  
ratio differtur  
post liquida-  
tionem factā.*

*Moderationis  
solig formula.*

penfarum CONDEMNATIONE, vel TAXATIONE & MODERATIONE. Ut nempe temerè litigantes in Expensis litis condemnentur, regulariter de Jure quoque Civili & communi Officium judicis implorandum est. Quod etiam solertes & industrii Advocati haud facilè negligere solent. Et officium quidem Judicis circa EXPENSAS Litis triplex esse videtur, (1) Consistit in ADJUDICANDO vel CONDEMNANDO. (2) in TAXANDO. (3) in MODERANDO. Et hæc Tria interdum in unâ sententiâ concurrunt, E. g. Si forte saltem *Unius TERMINI EXPENSÆ* petantur, tunc secundum taxam judicialem si liquidatæ fuerint, & moderantur, & insimul adjudicantur: Hac consveta formulâ und ist Beklagter die Unkosten dieses Termins / welche hiermit auf 5. Thlr. 6. Groschen gemessiget werden / Klägern zu erstatten schuldig. Interdum, si liquidatæ nondum fuerint, saltem alterutri litigantium adjudicantur per sententiam, *Moderatio* autem differtur post factam *liquidationem*. Quo casu ita solet pronuntiari. Und ist Beklagter die expensas retardati Processus auf vorgehende liquidation, und derselben Richterliche / vel unserer / Ermessigung / Klägern zuerstatten. Et si illæ Expensæ, in quas adversa pars condemnata fuit, in proximo Termino liquidentur, tunc *Moderatio* illarum fit & in frontispicio sententiæ illius fit factæ moderationis mentio. Hac Clausula. Das die in Act. fol. 10. befindliche oder die liquidirte Angegebene Expensen auf 6. Thlr. zu messigen / immassen wir sie auf so hoch moderiren und messigen / welche Beklagter / unsern vorigen Urthel zufolge / Klägern zuerstatten schuldig. Et si quidem Expensæ modicæ saltem fuerint, vel Unius saltem Termini, tunc



tunc ex officio à Judice moderantur, non auditâ super his alterâ parte, & Victori adjudicantur, suprâ allegatâ formulâ. Si verò non exigua, sed magna illarum sit summa, vel *Expensæ totius Processus & Cause*, tunc pars adversa, quæ condemnari petitur, ad liquidationem, si jam oblata fuerit, ad singula ejus Capita respondere tenetur, quæ si utrinq; à litigantibus ventilatæ, discussæ, & examinatæ fuerunt, demum moderantur & adjudicantur à JUDICE. Et tunc ita sententia interlocutoria concipi solet: **Würde Beklagter/ auf die von Klägern übergebene liquidation, sich einlassen/ und von Posten zu Posten antworten/ so ergeheth derselben moderation halber ferner was recht ist.** Quod si vero nondum liquidatæ sint, tunc itidem interloqui solet Judex, ut liquidentur. **Würdenun Kläger die auf diesen Proceß verwendte Expensen gebührend liquidiren/ Beklagter auch darauf sich einlassen/ und von Posten zu Posten antworten/ und mit einander darüber verfahren/ so ergeheth derselben Moderation halber/ oder sonsten in der Sachen ferner was recht ist.**

*In Expensis totius cause, si ingens summa petatur, adversa pars auditur suis exceptionibus*

*Formula Sententia in causa expensarum.*

Not. 18.

Not. 20. Sed ut pergamus de *Moderatione, Taxatione & Adjudicatione* Judicis circa *Expensas* plura disserere, *Adjudicanda* veniunt *Expensæ litis* in genere quidem *Terme* e litigantibus, seu probabilem litigandi causam non habentibus, secundum ea, quæ modo diximus; Maximè tamen tunc Litigantes in *Expensas litis* condemnandi sunt, quando illæ in *Stipulationem*, vel aliam obligationem, *Actioni* producendæ sufficientem, deducta sunt. Sic etiam denuo litigantes condemnandi sunt, si *expensas* jam antea per decretum, vel sententiam Judicis adjudicatas non sol-

*Quando Condemnandi sint maximè Litigantes in Expensas litis.*

*Si stipulatæ fuerint.*

*Si jam adjudicata sint per sententiam.*

F

vant



*Q. si litigans  
Victor non pe-  
tierit, Expen-  
sas num offi-  
cio Judicis ad-  
judicande  
sint?*

*Distinctio  
num Judex  
possit si velit  
an debeat, &  
cogatur, parte  
non petente,  
Victum in Ex-  
pensas conde-  
mnare.*

vant, præsertim si expensæ sint Rei Judicatæ. Hoc casu pro-  
nunciari solet: Das Beflagter die allbereith vorhin  
in dem Rechtskräftigen Urthel zuerkandte Unkosten  
vor allen Dingen zuerstatten verbunden. Sed *quæri-  
tur*, quid statuendum, si ille, qui reportavit victoriam  
causæ, neque *liquidaverit*, neque *petierit Expensas Litis*,  
*quas erogavit?* Et quamvis melius sibi Victor in causâ consu-  
lat, rebusque suis, si expensas petat à Judice, & ita in civili-  
libus causis non videatur cogi posse Judex, ut non implo-  
ratus officium suum impertiatur. Attamen ad Officium  
Judicis Nobile videtur spectare, ut ille procuret, ne teme-  
rè litigantes impunitate & licentiâ deteriores fiant, & aliis  
adversariis suis eandem litem moveant, extra pænam si se  
constitutos esse videant. Unde Communis Dd. opinio est,  
posse judicem victum, qui temere litigavit, parte non pe-  
tente, in expensas condemnare. Dissentit quidem *Ummi-  
us*, sed si varias ejus limitationes inspicimus, consentit. Pu-  
tat enim in *expensas condemnandum Victum* in causâ, modo  
*Victus petat pro se sententiam ferri, modo clausula inserta ei  
sit, peto jus & justitiam administrari, modo Victor de ex-  
pensis protestatus sit.* Sed quis non videat, hæc quamvis in Li-  
bello adjecta non sint, tamen ad officium judicis pertinere.  
Et proinde concludimus, ad expensas restituendas condem-  
nari posse litigantem, quamvis Victrix pars illas petere  
neglexerit. Doctores tamen hic videntur distingvere in-  
ter casus diversos, *num nempe si velit, possit Judex condem-  
nare temere litigantem in expensis? An verò præcisè co-  
gatur, ut condemnet, si non petantur, ita ut litem suam fa-  
ciat!* Et quoad prius, non dubitatur, quin possit, si velit  
victum inter litigantes condemnare, si temerè litem insti-  
tutam



tutam esse sentiat, & quidem ex officio, quamvis illæ peti-  
 tæ non sint *ob. l. 15. sancimus C. de Judiciis. T. T. Inst. de pe-  
 nâ teme. litig.* Et de jure Saxonico hoc expressis verbis  
 permittitur in *Ord. Proc. Tit. 36. §.* So wollen wir vers,  
 da es gleich nicht gebeten würde / doch zu der Richter  
 Ermessigung stehen soll / ob sie nach Befindung auf die  
 Expens erkennen wollen. Et hæc videtur procul dubio  
 fuisse nonnullorum Jctorum ratio, *Donelli & aliorum,*  
 qui putarunt, *ipso jure semper expensas videri in Judicium*  
*deductas, ita nempe, ut officium Judicis in iis adjudicandis*  
*semper liberum esse debeat.* Et quamvis huic sententiæ *Um-*  
*mius Disput. ad Process. 20. n. 31,* contradicat, qui putat hanc  
 sententiam *Donelli* communi *Dd.* voto adversari, ex eo,  
 quod *Victor* rectius faciat, si eas sibi à judice adjudicari pe-  
 tat, ita, ut si hoc non fecerit, *Judex* non necessum habeat  
*Victum* super expensis condemnare. Attamen jam ante  
 diximus, esse distingvendum, inter *Voluntatem vel Fa-*  
*cultatem judicis, & Necessitatem.* Quod si enim non peti-  
 tæ sunt expensæ à litigantibus, necessitate quadam ad con-  
 demnationem illarum compelli nequit, & in hoc consen-  
 timus communi *Dd.* opinioni, neque peccare videtur, vel  
 litem suam facere, si hoc facere neglexerit, neque *Jure*  
*Civili Rom.* neq; *Saxonico,* quo illa tota res libero *Judicis*  
 arbitrio committitur, secundum verba ante allegat. *Ordin.*  
*Proc.* Sol zu der Richter Ermessigung stehen. Aliud  
 est, si velit, & putet temerè omninò litigatum fuisse, sive  
 expensæ sint ante, sive post litem contestatam factæ, & ipse  
*Ummius* hoc fatetur, non necessario omnibus casibus adju-  
 dicandas *Expensas* à *Judice.* In altero casu antea à nobis  
 proposito circa *Officium judicis,* unanimis est *Dd.* & *Inter-*

Num ipso jure  
videantur Ex-  
pense in judi-  
cium deductæ?  
Aff. *Donellus.*  
N. *Ummius.*

Media sen-  
tentiâ.  
Distingv. inter  
Facultatem &  
Necessitatem  
in adjudican-  
dis, expensis.  
In arbitrio est  
si nõ petantur

Si etantur  
Expense vel  
pre- adjudicari ve-



*compensari  
debent.*

*litem suam fa-  
cit iudex si ex-  
pensas petitas  
justâ ex causa  
negligat in  
sententiâ.*

*Quando im-  
punè iudex  
expensas quâ-  
vis petitas ne-  
gligere & o-  
mittere possit?  
Varia litigan-  
di probabiles  
Cause.*

*Variis casus  
quibus Expen-  
sæ petite non  
adjudicantur.*

*Non nocet ex-  
pensarum o-  
missio in sen-*

pretum sententia, quod imploratus officium omnino im-  
pertire debeat in adjudicandis expensis : Et si nihil statue-  
rit, existimant, illum litem suam facere, & ad restitutio-  
nem teneri, *Carpzov. in Process. Tit. 24. art. 1. §. 5.* qui va-  
riis textibus juris Civilis id ipsum probat *l. 13. §. 6. l. 15. C. de  
judic. l. 3. C. de Fructib. & Expensis lit.* addit rationem, quod  
lite finitâ nullus sit porro locus relictus judicandi *l. 55. ff. d.  
Re Judicat.* Et si sententia in rem judicatam transierit,  
quâ Expensæ, quæ petitæ fuerunt, sunt prætermissæ, neque  
adjudicatæ, tunc cum victor regressum non habeat contra  
partem, quæ succubuit, adversus iudicem ipsi actio compe-  
tere videtur. Cæterum hæc Regula & sententia commu-  
nis Dd. & Practicorum, quâ victus in expensas, si illæ peti-  
tæ fuerunt condemnari jubetur à Iudice, nisi ille litem su-  
am facere velit, universalis non est, sed multas admittit li-  
mitationes : de quibus jam pro parte antea dictum est.  
Nempe si victus probabilem habuerit litigandi causam. Re-  
fert huc *Carpzovius in Proc. Tit. 24. art. 1. §. 7. & seqv.* vari-  
os Casus. E. g. *Si actor per juramentum Suppletorium Victo-  
riam reportaverit, vel si ex delato aut relato juramento sen-  
tentialata, item qui juramentum calumniæ, præstitit, licet  
causa cadat, item si Possessor conveniatur Rei vindicatione  
ad restiutionem condemnatus, si litigantes sint conjunctæ  
Personæ, Fratres, Affines.* Summa, si aliqua probabilis li-  
tigandi causa, vel si ex privilegio aliquo litigantes sint ab  
expensis immunes v. c. Pauperes, de quibus jam antea &  
supra à nobis dictum. His casibus omnibus fallit regula,  
quod Victus Victori in Expensas condemnandus sit à Judi-  
ce, quamvis illæ petantur. Cum non omnium indistin-  
ctè petitis litigantium sit à Iudice necessario subscriben-  
dum.



dum. *Ummius in Disputat. ad Proc. 22. §. 9. n. 35.* etiam tunc Judicem excusat à pænâ, si super articulo incidenti interlocutus sit, & in sententia interlocutoria de Expensis non pronunciaverit, cum in definitivâ sententiâ earum ratio haberi possit. Tutus est etiam si appelletur ab eâ sententia &c.

Not. 21. Restat, ut de ipso MODO condemnandi in Expensas à Judice observando in judiciis dicamus, & EXPENSARUM QUANTITATE. Hæc quantitas determinanda est secundum leges & observantiam cujusq; judicii. Et variant hic judiciorum Leges. Regulariter tamen partes EXPENSAS, quas petunt, *liquidare* solent & debent, præsertim si totius causæ sint, & judicis est, Illam factam LIQUIDATIONEM EXPENSARUM vel judicialium, vel Extrajudicialium, secundum TAXAM judicii receptam MODERARE, & *Moderatas* per sententiam illi, qui succubuit *adjudicare*, vel victum in illas condemnare. Interpretes Juris Civilis & Canonici, de hæc Taxatione & Moderatione Expensarum varia monent, in *Jure verò Saxonico Electorali* certa norma & forma, & *Taxationis & Moderationis* expensarum, tam judicialium, quam extrajudicialium, præscripta & definita est *judicibus in Ord. Proc. Tit. 36. Von den Expensen, Gerichts = Kosten / und derselben moderation.* Nos de utroq; breviter aliquid attingemus.

Not. 22. Illud, tam jure civili & Canonico, quam Saxonico indubitatum & expeditum esse videtur, quod judex in Adjudicatione expensarum, vel earum Moderatione, nullam prorsus rationem habere debeat aliarum,

*sententiâ interlocutoria, si suppleri possint in Definitivâ.*

Not. 21.  
De MODO & Quantitate expensarum earumq; Taxatione & Moderatione.

*Liquidatio in Cause Totius expensis necessaria.*

Norma & forma Moderationis Expensarum Ord. Proc. Tit. 36. præscripta.

Not. 22.  
Judicis officio incumbit non nisi Victum in expensas ne-



*cessarias con-  
demnare.*

*Non necessa-  
ria expensæ  
quam vis li-  
quidentur mo-  
deratione non  
indigent, sed à  
Judice negli-  
genda.*

*Varii casus qui  
hæ expensæ re-  
peti nequeunt.*

*Num & quo-  
modo Victus  
preter Expen-  
sas in damna  
quoque con-  
demnari possit?*

*Damna quæ  
casu fortuito  
data num re-  
stituenda?*

quam quæ necessariò in litem erogatæ fuerunt. Nec enim in restitutionem veniunt delicatæ, de quibus circa initium & divisionem expensarum diximus, seu tales, quæ ex liberâ voluntate expendentis processerunt, quarum ratio in supputatione habenda non est. Et quamvis ejusmodi expensæ in liquidationem sint redactæ, illæ tamen nec Moderatione indigent, sed prorsus negligendæ sunt à Judice. Ummius restituendas non esse putat illas Expensas, quæ culpâ Victoris factæ sunt. Et ita illas restituendas esse putat, quæ absque ipsius culpâ factæ. Referunt ad hanc classem non restituendarum expensarum, si Victor opera Advocati vel Procuratoris gratis usus fuit, nisi ille forte animo remunerandi operam præstitit, putant etiam in propria causa Advocatum æstimare non posse, quod imperitus ob similem operam aliis dare necessum habuisset. Nisi communis sit causa. In eo quoque Doctores conveniunt, victum non solum in expensas esse condemnandum Victori, sed etiam *damna*, quæ passus est occasione litis & Processus, & non solum quæ *dolo & culpa*, litigantis alicui data sunt, sed & *levissimâ*. l. 4. C. de Fruct. & lit. expens. l. 5. ff. ad l. Aquil. Monet tamen Ummius Disput. 22. ad Process. n. 37. *Caute procedendum esse Judici circa damnum adjudicandum, ne indistinctè quis petere possit, quod victor occasione litis sustinet damnum.* In specie putant Dd. illa damna in restitutionem non venire, quæ per *casum fortuitum* data sunt. Ummius tale proponit exemplum: *Si litiganti & Victori proficiscenti ad Judicium Equus interierit, vel sit spoliatus, vel aliud quidpiam illi ablatum, vel datum damnum sit.* Alii tamen contrarium statuunt, à Latronibus nempe spoliatum *damnum repetere posse, quod litis temerè motæ causa ipsi illa-*



illatum, sic putant damnum restituendum esse quod quis sentit excessatione artificii. Quod in criminalibus procedit sæpius. *Versäumnis / Schaden. ic.*

Not. 23. Diximus antea, Expensas litis interdum in una eademqve sententiâ, & adjudicari, & taxari, & moderari, si nempe unius saltem sint Termini. Quod si vero magna sit expensarum summa, vel expensæ totius sint litis, tunc ut plurimum liquidatio moderationem præcedere debet, & tum demum illæ, cum effectu si moderatæ fuerint, adjudicantur. Et non solum jure Saxonico, sed communi quoque praxi Judiciorum receptum esse videtur, ut Victor expensas describat, determinet, & Judici offerat petatque, & hoc vel ante, vel post factam adjudicationem in genere. Rectè nempe notant Dd. Practici, nunquam posse in definitiva sententiâ, quâ principalis causa deciditur, expensas omitti, sed illæ ad minimum adjudicandæ sunt, vel ut ita dicam, abdicandæ, vel compensandæ in genere. Et in arbitrio est judicis, num si exigua sit summa, velit illas statim *taxare & moderare*, vel si magna & ingens summa sit, quæ petitur vel peti potest, tunc saltem in incerta quantitate adjudicantur, postmodum autem factâ liquidatione *declaratoriâ sententiâ moderantur*. Generalis adjudicandi formula in expensas sententiæ sub incerta quantitate hæc esse solet in definitivâ nempe: *Daß Kläger dasjenige was ihm obgelegen / und er sich angemass / zur Nothdurfft erwiesen / derowegen Beklagter die libellirte Post zu bezahlen ic.* Wie auch auf diesen Proceß verwandte und verursachte Unkosten / auf vorgehende liquidation und Richterliche Ermessigung zu erstatten verbunden. Hanc sententiam, nisi ab eâ appellatum fuit,

Not. 23.

*Jure communi & Saxonico Expensæ à Litigantibus specificandæ & liquidandæ sunt.*

*In sententiâ quâ Principalis deciditur etiam expensæ sunt adjudicandæ nec negligendæ.*

*Formula generalis expensas adjudicandi.*

CO-



*Formula de  
claratoria sen-  
tentia quâ  
expensæ liqui-  
data mode-  
rantur.*

comitatur alia sententia declaratoria, quâ nempe expensæ ab Actore liquidatæ moderantur à Judice, hâc formula daß die von Klägern angegebene und liquidirte Expensen auf 100. Thlr. zu messigen/immassen wir sie auf so hoch moderiren und messigen / welche Beklagter / unsern vorigen Urthel zu Folge / Klägern binnen Sächsischer Frist zu bezahlen / in entstehung gütlicher Befriedigung / wird Klägern dazu billig verholffen.

*Not. 24.  
Taxatio &  
moderatio ex-  
pensarum non  
Cerebrina sit  
sed legibus Ju-  
dicii confor-  
mis.*

Not. 24. Cæterum hæc TAXATIO & MODERATIO Judicis non cerebrina sit, nec ad beneplacitum & nudam voluntatem ejus fiat, sed sit legalis, id est legibus, consuetudini, statutis, & observantia judicii, ubi in causâ principali pronuntiatur, conformis. Recte ita de hæc Moderatione & Taxatione Expensarum litis sentit *Ummius Disputat. 22. n. 39. in fin.* Quod omnium tutissimum sit, ad cujusq; Judicii stylum respicere, & quid illo receptum sit observare, & n. 38. in fin. ita concludit. Reliqua judex attendet, ut habita ratione consuetudinis fori, & negotii qualitatis expensas, quæ verè factæ sunt, taxet, sic enim non plus juste consequetur Victor, neq; victus refundere necessum habebit, quam in quantum victori lite temere mota damnum attulit. Nos circa hanc taxationem & moderationem primo notabimus ea, quæ de jure *Communi* à Dd. requiri soleant, & principaliter de norma & forma taxandi & moderandi dicemus Legibus Saxonice Judici præscripta.

*Not. 25.  
Requisita va-  
ria Taxationis  
& Moderatio-  
nis Expensa-  
rum.*

Not. 25. De jure communi solent Dd. circa Taxationem varia dubia movere circa Personam judicis taxantis, Quis nempe taxare & moderare Expensas litis possit & debeat? Et procul dubio videtur illi Judici munus taxandi & mo-

mo-



moderandi competere, cui pronuntiandi & judicandi potestas data est in Causa Principali, ob cujus victoriam expensæ petuntur à Victo. De quâ re minus dubium est, si in sententia super lite principali lata, ipse Judex etiam pronuntiaverit super expensis in genere, quamvis sub incertâ quantitate easque Victori adjudicaverit. Disputant hic Dd. Veteres, Num si Duo sint Judices, & alter pronuntiaverit, & adjudicaverit, num alter taxare possit? Quod negant nonnulli, nonnulli affirmant. Nonnulli limitant, si prior morte præventus, & alter ipsi successerit. Sed hodie, si plures Assessores sint in judicio eadem potestate dati, quamvis uno absente, vel altero, reliqui recte judicium exercent. Variè etiam disquirunt, num potestas taxandi competat judici Delegato, vel Arbitro. De quo dubitari non potest in judiciis nostris, nisi expresse id exceptum à delegante. De Executore variant sententiæ, num ille *Expensas moderare possit?* Et sunt, qui negant, sed hanc facultatem reservant judici committenti, limitant tamen id nonnulli in solis expensis in Processum erogatis. In illis, quæ ad executionem spectant, ipsi hanc tribuunt facultatem. In judiciis Saxonice Executionis expensæ determinatæ jam sunt. Et solent ut plurimum pro centum 5. dari. *Hülffs Geld 5. von 100.* (2) De jure communi Dd. porrò ad taxationem expensarum requirunt ut *pars adversa* citetur, quod probare volunt ex *l. 47. ff. de jud.* Quod tamen in judiciis Saxonice necesse non est, si expensæ sint *Modicæ*, vel *Unius saltem termini*, quod si vero *totius sint causæ*, & non levis earum summa, tunc omnino citanda est *pars adversa*, eiqve liquidatio ab Actore, vel Victore judici oblata communicanda, & una cum citatione transmittenda, quâ factâ in termino præfixo super liquidatione expensarum utrinque

G dispu-

1.  
Quis Judex habeat potestatem taxandi & moderandi expensas. Si Duo sint judices?

Num delegatus & Arbitrarius taxare possint.

Num Executor sententiæ expensas moderare possit.

Num ad moderationem expensarum pars adversa citanda?

N. si sint Modicæ vel unius Termini.

A. si Totius sint litis.



Processus liti-  
gantium super  
liquidatione  
& moderatio-  
ne Expensa-  
rum.

De jure Saxo-  
nico & Com-  
muni vel Ca-  
merali.

3.  
Jure Commu-  
ni expensæ mo-  
deranda se-  
cundum taxã  
judiciale.

Jure Camera-  
li expensæ re-  
ducuntur ad  
Florenos Rhe-  
nanos.

4.  
Num in scri-  
ptis Modera-  
tio facienda.

5.  
Reducantur  
expensæ ad  
summam quæ  
probata est

disputatur. Reus nempe excipit, & defectus allegat con-  
tra liquidationem, actor liquidationem defendit, & ita mu-  
tuis positionibus submitunt & concludunt. Et quidem  
secundum cujusque judicii Stilum & Processum. De jure  
Saxonico ille processus jam notus est *ex Const. 1. part. 1. Von  
Mund aus in die Feder/mit zweyen oder dreyen abge-  
wechselt gesezen.* De jure communi actor offert li-  
quidationem expensarum & damnorum, vel designationem  
& specificationem, contra illam Reus *excipit*, quasi non bo-  
na fide rationes expensarum sint digestæ, Actor *Replicat*,  
Reus *duplicat*, & utrinque tandem super illo articulo con-  
cludunt. Et hic quoque processus observatur in Camerâ Im-  
periali, prout testatur *Schvvanmannus ad Proc. Camer. lib.  
n. 70.* Porro & (3) de jure communi taxatio & moderatio  
expensarum litis fieri debet ad judicii cujusque receptam ta-  
xam, & leges hæc de re promulgatas, vel observantiam &  
consuetudinem fori usu approbatam. De jure Camerali  
taxatio debet reduci ad rationem florenorum Rhenensi-  
um, *werden auf Rheinische Gulden moderiret / Denais.  
ad jus Cameral. ob. 136. n. 2.* Quid obtineat in judiciis Sa-  
xon. & quid observandum sit Judici in moderatione & taxa-  
tione expensarum, modo jam peculiariter dicemus ex *Ord.  
Proc. Tit. 36.* Num verò *taxatio semper in scriptis sit facien-  
da*, quærare solent interpretes juris communis? Et putant,  
illam ut plurimum in scriptis & per sententiam fieri debe-  
re, præsertim si super liquidatione in scriptis à partibus liti-  
gantibus, ut modo antea recensuimus, sit disputatum con-  
sueto Curiaë stylo. Denique (5) ad eam summam necessa-  
rio Expensas reducendas esse, Dd. communiter statuunt,  
quæ fuit necessariò erogata, non attento eo, quid Victor  
probaverit, reverà illas erogatas esse, quas liquidavit, ex-  
pen-



penas, illasq; juramento confirmare velit, *Delictarum*, enim & non necessariorum expensarum rationem habendam nullam esse, sæpius dictum. Illud omni jure expeditum est: *Questionem* illam, quæ quæritur, num reverà factæ sint expensæ, vel non, qua liquidantur, & petuntur? Facti esse, & in facto consistere, ideoque jure civili Romano, juramento ut probentur expensæ, cautum est, si liquidans aliis probationibus destituatur, id est, si probabiliter demonstrare nequeat, vel *Testibus* vel *documentis* revera esse factas expensas. Et solet ejusmodi juramentum etiam taxatio à judice facta præcedere *l. 15. §. Authent. ibid. C. de judici: l. 9. C. unde Vi. Nov. 82. cap. 10. quod nempe liquidans tantas revera expenderit, quantas taxavit judex, & potius quidem majores, quam minores.* Rationem dant Dd. quare taxa judicis juramentum procedere debeat, ne jurans perjurium incurrat, siquidem deinceps judex forte minori summâ, expensas taxaret, quam ille jurasset. Cæterum: Num in omni Moderatione expensarum juramentum sit necessarium? non constat inter Interpretes juris, & nonnulli in magnis expensis negant, nonnulli in illis saltem admittunt. De jure Camerae, Teste *Gailio lib. 1. Observ. 151. n. 12.* In Modicis summis intra 20. flor. jurandum non est; Communiter tamen moderni Dd. existimant Practici in Judiciis Germaniæ jusjurandum omitti. Quid usu receptum in *judiciis Saxonis*, modo dicemus ex *Ord. Proc. Tit. 36.* Unimius rectè sentit: *omnium tutissimum esse, cujusq; judicii stylum attendere, & quid illo receptum.* Ut tamen interea, quoties contraria consuetudo non docetur, illud juramentum exigere possit, deficientibus aliis probationibus. Liberatur autem ab ejusmodi factarum expensarum probatione Liquidans, si constitutione, vel stylo fori cautum

*Questio, Num, Expense reverà factæ sint, in facto consistit, & probationem requirit. Liquidantis.*

*Quare taxatio judicis Juramentum præcedat liquidantis.*

*Num Juramentum in omni taxatine requiratur. In modicis summis juramento opus non est.*

*Si expense Judicial. lege taxate sint probari non de-*



fit, quantum pro Sportulis, vel redimendis processibus, Copiis actorum, inhibitione, citatione, mandato, sententiâ, vel aliis instrumentis & documentis erogatum sit. Et ejusmodi certâ lege judicii determinatæ expensæ ne quidem *Moderationem* ulteriorem vel *taxationem* desiderant. Modo exactis constat, illas esse erogatas, vel adhuc erogandas. Addit Ulmnius hanc rationem: *Neq̄, enim verosimile est, liquidatam minus expendisse, quam ipsa constitutio vel stylus requirat, nec probabile etiam est à Judice, vel Ministris judicii, contra taxam judicalem majorem summam fuisse exactam.* Tandem (6) & Ultimo Dd. juris communis pro requisito moderationis & taxationis judicis habent illud, ut illa fiat justo tempore, & hic iterum distingvendum est, inter expensas *unig Termini & Modicas, & totig causæ.* Illas facile in ipso termino taxare potest, has, si magnæ sunt, vel totius processus, & jam liquidatæ, vel una sententiâ moderari possunt, in qua lis principalis decisa, quod si verò nondum liquidatæ, nec litigantes super Liquidatione expensarum auditæ utrinq; , post sententiam in principali causâ latam, per aliam declaratoriam sententiam id facere potest. Modo partes utrinque sint satis auditæ suis rationibus, & exceptionibus, vel aliis defensionibus legitimis. Et tantum de Requisitis Moderationis expensarum de jure communi. Dicendum jam de *Saxonico Jure.*

6.  
Quo tempore  
moderatio ex-  
pensarum fie-  
ri debeat?

Not. 26.  
Norma Mode-  
rationis Ex-  
pensarum Ju-  
ris Saxonici.

1.  
Expense litis  
quamvis non  
petite adju-  
cande sunt ad  
compescendos

Not. 26. Et ipsa quidem norma & forma *taxationis & moderationis* Expensarum judici certa præscripta legitur in *Ord. Proc. Tit. 36.* Ex qua sequentia potissimum & præcipua notabimus capita: (1.) Ne litigantes in judiciis ansam capiant temere litigandi, si sentiant se, quamvis succubuerint, in expensas litis non condemnari, vel quamvis condemnati sint, illas ita moderari, ut exinde parum damni in illos redundet, Ideoque placuit *Sereniss. Legislatori Saxo- nico*



nico, ut quoties aliquis litigantium deprehendatur litis movendæ causam probabilem non habuisse, ille ad instantiam partis adversæ, in Expensas condemnatur, neque illæ tam facilè & nimium moderentur, etiam tunc, quando non petitæ, quod & eo casu arbitrio judicis sit committendum, nihilominus victum in expensas condemnare velit. Ipsa verba textus hæc sunt *in pr. §. 1.* Weil die Rechtsfertigung sehr gemein/und ihrer viel hierzu nicht wenig Ursachen nehmen/wann sie befinden/da sie gleich der Sachen verlustig erkandt/das sie doch nicht allewege in die Expens vertheilet/oder/da es gleich geschieht/dieselben so gar geringlich moderiret werden/und derowegen um ein schlechtes zu thun sey. So wollen wir/das so oft befunden wird/das ein oder das ander Theil seines Vornehmens nicht erhebliche Ursach gehabt/man dieselbe auf des Gegenparts Bitt und Begehren in die Expens vertheilen/und die nicht leichtlichen compensiren/da es gleich auch nicht gebeten würde/doch zu des Richters Ermessigung stehen solle/ob sie nach Befindung auf die Expens erkennen wollen. (2) Quod si jam dicto modo aliquis litigantium in expensas litis condemnatus sit, ille, cui illæ adjudicatæ sunt, illas specificè determinare & liquidare debet, quando, cui, ob quam rem, in quâ summâ, illæ erogata, & ejusmodi annotationem, computationem & designationem præviâ citatione judicialiter offerre debet, ut pars adversa ad illam respondere, & ita moderatio illarum subsequi possit, & si quidem pars adversa ad aliam causam citata fuerit, non opus est, ut talium expensarum ergo specialiter citetur. Continetur hæc dispositio *in §. 2. Ord. Proc. Tit. 36.* sequenti modo: Wann nun einem also die Expens zuerkandt/ sol sie dieselbe in ein Verzeichnis unterschied-

*temerè litigantes ex judicis arbitrio.*

2.  
*Ille cui adjudicata sunt Expense liquidare illas & specificare debet.*



3.  
*Moderantur  
 non solum ex-  
 pense judicia-  
 les, sed & ex-  
 trajudiciales.*

*Moderationis  
 Expensarum  
 requisita.*

schiedlichen / wann / wenn / wofür / und in was Sum-  
 ma / die ausgegeben / verzeichnen / zusammen rechnen /  
 und solche designation auf vorgehende Ladung / Gericht-  
 lichen Einbringen / damit das andre Theil darauf ver-  
 fahren / und folgendes moderation erfolgen möge / wann  
 auch sein Gegentheil sonst anderer Punct halber  
 vorgeladen / ist ohne Noth / solcher Expens halber ihn  
 sonderlich zu citiren. (3) Quod si jam ad ipsam M O D E-  
 RATIONEM se accingat Judex, in illa non solum expensæ,  
 quæ in iudicio, & in Processum erogatae sunt, seu judiciales,  
 sed etiam illæ, quas Pars extrajudicialiter forte in Advoca-  
 torum salaria & honoraria, sumptus in itinere factos,  
 vel vecturam & alias necessario impenderit, attendendæ  
 veniunt, nec opus est, ut jurato specificentur, sed moderan-  
 dæ sunt expensæ liquidatæ, nisi forte ipsa pars liquidans se  
 ipsam offerat ad juramentum. Neque tamen in Moderan-  
 do Judex nimium facilis sit, sed secundum taxam consue-  
 tam, & judicialem ita ut æquitati & justitiæ non contrarie-  
 tur Moderatio: ut non solū pars Victrix ob sumptus eroga-  
 tos satisfactionem & recreationē accipiat, sed & ille, qui per-  
 didit causam, à temerariis litigiis in posterum deterreatur.  
 Legislator in §. 3. Tit. 36. porro ita hæc de re disponit: Wann  
 es dann zur moderation kommet / sollen hieben nicht al-  
 lein die Expens, welche in dem Gerichte / auf den Proceß  
 gewandt / sondern auch / was das Part extrajudicialiter  
 und außershalb Gerichts an Advocaten-Gebühr / Zeh-  
 rung / Fuhrlohn und andern / nothwendig ausgegeben  
 müssen / in acht genommen / und vermöge mehr hoch  
 und seelig gedachtes unsers geliebten Herrn Groß-Ba-  
 ters ausgezangener Constitution, ohne End / wenns  
 gleich, nicht in specie gebeten / es offerire sich denn der  
 Part



Part selbst expresse darzu/moderirt/ gleichwohl aber nicht so gar geringlich / sondern auf ein leidliches nud billiches gemässiget werden/ damit beyde die gewinnende Part des ausgelegten Kostens / ziemliche Ergözung / und der die Sache so verlohren / sich für vergeblicher Rechtfertigung zu hüten / desto mehr Ursache haben mögen. (4) Quamvis etiam propter varietatem causarum & personarum in hac moderatione expensarum jure etiam Saxonico regula certa data non sit, neque dari possit, sed tota res, ut plurimum judicis discretioni & arbitrio committi debeat, in genere tamen sequentes circumstantiæ à judice sunt attendendæ. 1. Ante omnia judiciales expensæ, quas pars litigans judici pro Sportulis, pro citatione impetrandâ, pro sententiâ, copialibus, tabellariorum salariis, & aliorum ministrorum judicii consvetis debitis & honorariis, necessariò solvere debuit, secundum receptam judicii taxam adjudicandæ sunt, & in illas victus condemnandus. Quæ moderationem ne quidem admittunt, nisi exceßerint quantitatem legibus judicii determinatam. Solutio tamen harum judicialium expensarum probanda est recognitione aliquâ à Secretario judicii vel notario subscriptâ. Verba Legislatoris in §. 4. & 5. hac de re ita habent: Und wie wohl wegen Ungleichheit der Sachen / und der Persohnen / hierinnen keine gewisse Regul füglich zugeben / sondern das Werck allermeistens in des Richters Discretion und Bescheidenheit stehet / so soll doch ingemein / und vornehmlich auf nach folgende Umstände Achtung gegeben werden. Erstlichen / sollen alle Tanzleyen gebühren / die das Part an citation, Urthel-Geld / Copialien / der geschwornen Bothen Lohn und andern erlegt / und solches mit schriftlicher recognition von dem Gerichts-Secretarien / oder Notarien unterzeichnet / zu bescheinen hat / passiren. (2) Expensas judiciales consvetas sequuntur illæ, quæ Notariis pro confectione instrumentorum, vel potissimum pro examine testium & rotulis exolvendæ sunt. Quæ tamen procul dubio non respuunt moderationem judicis, sed reducendæ sunt ad taxam judicialem consvetam. Legislator in §. 6. tit. 36. Ord. Proc. Zum andern wenn Zeugen verhört werden/

4.  
Judicis arbitrio circa Moderationem  
Expensarum  
multa committenda.

Ordo Moderationis Jure Saxonico aliquis præscriptus  
Ord. Proc. Tit.  
36.

1.  
Expensæ Judiciales.

2.  
Expensa data Notariis pro confectione Instrumentorum  
& Examine Testium.



3.  
Honoraria  
Advocatorum.

4.  
Expensa Mini-  
strorum &  
Tabellariorum  
judicii.

5.  
Sumptus iti-  
neris & ob  
Processum ne-  
cessario ero-  
gati.

den / soll der Notarien Gebühr / vermöge Hochgedachtes unsers  
Herrn Groß. Vaters 1583. Jahrs publicirten Ausschreiben / er-  
fant. (3.) Succedunt his *Advocatorum honoraria*, pro qualitate  
& conditione personarum, temporis, laboris & consilii, quæ  
item pro variis circumstantiis ex bono & æquo moderandæ  
sunt. §. 7. tit. d. Tit. Zum dritten der Advocaten Belohnung /  
nach Gelegenheit der Zeit / gehaltenen Mühe / angewendeten Fleißes /  
und anderer Umstände ex æquo moderirt. (4.) His quoque an-  
numerantur expensæ *tabellarii* vel nunciis judicii datæ, pro con-  
ditione & qualitate item processus, & loci distantia, de quibus  
legislator in §. penult. ita disponit. Zum vierdten auch das Lohn  
der Boten / welche der Part für sich selbst verschickt / aber doch  
kein anders / als was die Gelegenheit des Processes nothwendig  
erfordert / (als wenn einer der anderswo gessen / um citation  
schriftlichen ansuchere / und dergleichen) angesetzt / und auf eine  
Meil Weges / abermahls nach Gelegenheit der Zeit und anderer  
Umstände / zween oder drey Groschen / vel circiter, gerechnet wer-  
den. (5.) Et Ultimo à judice negligendi non sunt sumptus pro-  
cessus judicialis causa necessariò erogati, qui tamen pro qualitate  
itineris, dierum, personarum & aliarum circumstantiarum mo-  
derandi sunt. Verba §. ultimi hæc sunt. Zum Fünfften soll man  
auch die Zehrung / die des Richterlichen Proceß halben nothwen-  
dig aufgewendet werden müssen / nach Beschaffenheit des Weges /  
und der Tage / welche hierzu nöthig gewesen / sonderlich aber der  
Personen / ob es ein Fußgänger / oder zu Roß und Wagen / auch  
wie viel er Pferde haben / ob er damit etwas versäumet / oder sie  
anderweit miethen / und ob er selbst des Orths verreissen müssen /  
oder es näher bestellen können / der Billigkeit gemess moderiren.  
Et hæc sunt, quæ expressa sanctione juris Saxonici de expensis li-  
tis earumque moderatione sancita sunt in ordinatione *Processus ti-  
tulo. 36.* Cum qua conjungi potest & debet *taxa & moderatio ex-  
pensarum Electoralis Saxonica* JOH. GEORG. I. de  
23. Aprilis. anno 1612. Tax und moderation  
Ordnung.

☉(\*\*\*)\*☉







DISS  
CONSTI  
DIV  
EXPEN  
earumq  
& A  
Ex Part.  
*Indu*  
IN AC  
RECTOR  
WERN  
MAR  
COM  
In Audit  
GODO  
Typis

CA  
ORALES  
TI,  
LIBUS,  
ONE  
NE,  
XXXI.  
*nis*  
ENSI,  
FICO  
DORO  
P.  
1683.  
DIUS,  
ogr.  
*Monsieur Fabre*

